Opuscula mythologica, physica et ethica. Græce et Latine. Seriem eorum sistit pagina præfationem proxime sequens / [edited by Thomas Gale].

Contributors

Gale, Thomas, 1635?-1702.
Rufinus, of Aquileia, 345-410.

Publication/Creation

Amstelædami : Apud H. Wetstenius, 1688.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/rajytp2d

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

wellcome collection

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org







23.854/B

GALE, T

J. F. F. Emperius. Lond. 1782. Ca

D

a/s

7/

42676

OPUSCULA MYTHOLOGICA PHYSICA ET ETHICA.

GRÆCE ET LATINE.

Seriem eorum ſiſtit pagina Præfationem proxime ſequens.

Lib: Gulielm: Harris Corpor: Xti Coll: Cantab: Alumni: 02

17



AMSTELÆDAMI
Apud HENRICUM WETSTENIUM.
CIↃ IↃ C LXXXVIII.

Κρῆτες, Καππάδοκες, Κέλικες, τρια κ' κάκισαι
Κρῆτες ἀεὶ Ψεῦσαι, κακὰ Θήρια, γάσερες Ἄργοι.
Πολλοὶ κένταυροι παῦροι δὲ ἀροτήρες ἐάσ[αν]
Πολλοὶ μὲν ναρθηκόφεροι παῦροι δὲ τε Βάκχαι

Wm. Harris. 1697. praet. 7°

WELLCOME HISTORICAL MEDICAL LIBRARY
42676

SPENCERO COMPTONIO

Honoratissimi Comitis

NORTHAMTONIÆ

Fratri Germano

TH. GALES.

Sæpe videor observasse, o decus nostrum, quàm parum Tibi placeant *fabularum* Scriptores. Animis enim benè natis, & verè magnis non nisi magna & solida satisfaciunt. Soles quoque à me subinde quære-

re, *ubi sit illa veterum Sapientia: Poëtas, scriptorum vetustissimos, æternis portentis refertos esse. Ecquando dabitur meram intueri veritatem?* Ad hanc sitim tuam minuendam nonnihil facient Auctores, quos nunc Tibi inscribo: Horum aliqui eadem, ac Tu, olim conquesti sunt. Postquam istos pervolveris, si ulteriùs, (quod fore auguror) ascendere gestias; occurrent Tibi, quasi in secundo Stadio, viri duo venerandi, *Ocellus*, & *Timæus*. Horum Sublimitas in Speculationibus *naturæ* vehemen-

menter oblectabit ingenium tuum ad omnia sublimia comparatum: nec deterrebit Te obscuritas scriptionis; Tibi enim nihil in ullo literarum genere impervium, aut impenetrabile opponi potest: Hactenus, inquies, μικρῶν μυσηείων ἐπόπλης sum. Ecce igitur præclaros aliquot *morum* Magistros. In his, opinor, defixus hærebis, & mirabéris homines in mediâ gentilitate positos. Accendent Te, sat scio, & inflammabunt omnium virtutum in venis tuis latentes scintillas. Hîc Tibi, in loco tuto versanti, inpræsentiarum valedico, si priùs monuero; Multi parentes, quoties suis benè pre-

cantur, Te ſuorum votorum faciunt menſuram: Eſt & tibi menſura quædam præſcripta, (ad quam contendere debes) Majorum tuorum ſplendor, fortitudo, conſtantia, religio: ita Tibi ſe plurimum debere olim ſentiet patria tua: nam quantum familiæ tuæ debeat, nulla unquam ætas conticeſcet. Iterum Vale.

Dabam Londini, Kal. Decemb.
Anno Chriſti cIↃ IↃ c LXXXVII.

THO. GALE

PRÆFATIO

De Scriptoribus Mythologicis, &c.

AD LECTOREM.

VEtus est & receptissimus mos informandi puerorum animos per fabulas. Eâ de re Plato in 2°. de Rep. sic disserit; Sermonum formæ sunt duplices, vera & falsa; in utrâque erudiendus est puer, & primò quidem in falsâ. *Hunc morem non tam ratio quàm necessitas dictare videtur, nam tinctores per surdos colores adspirant ad feliciores. Sanè fabulosa historia, infirmitate ingenii humani, vehementius ferè nos oblectat, quàm ipsa veritas. Et ideò à poëtarum lectione plerumque studiorum rudimenta auspicamur: speciosa miracula, & mendacia, modo sint splendida, facilè sese nobis insinuant.*

Istis poëtarum illecebris multi fascinantur; & ad Sirenum scopulos hærent, nihil ultra voluptatem & ψυχαγωγίαν cupientes; Contra istum morbum, cautos, tutosque nos præstare voluit Plutarchus suo de audiendis Poëtis *libello. Alii autem, non minus periculosè deliri, nihil credunt istis fabulis subesse veritatis; Orphea, Homerum, Hesiodum nihil aliud spectasse, quàm ut figmenta ingeniosè concinnarent, omnemque ipsos sibi fidem detrahere, dum hominibus Deos deteriores faciunt; nec alios suorum miraculorum testes producunt, quam istos Deos, quos ipsi finxerunt. Huic hominum generi ut remedium esset ad manum, collegimus in unum corpus hos Auctores,*

res, qui demonſtrabunt nec relligioni ſine ſymbolis & myſteriis, nec naturæ ipſi ſine peplo, nec eloquentiæ ſine tropis & allegoriis ſuam poſſe conſtare dignitatem. De nonnullis igitur horum ſcriptorum, Lector Candide pauca præfari libet, ne forte aut hoſpes aut laſſus ad eos perlegendos accedas.

I. Palæphatus *ex iis ſatis dignoſcitur, quæ de eo Ger. Voſſius collegit; ea hîc prætermiſi, (ne actum agerem) & occurrunt poſt paucas paginas.*

II. Heraclitum *è tenebris primus produxit Leo Allatius.* Heraclitus, *inquit ille*, Scriptor eſt antiquæ notæ; ſed inter tot ejuſdem nominis Scriptores, quiſnam ille fuerit, expiſcari alius fortunatius poterit.

Scio equidem Heraclitum & Heraclidem & Heracleonem *aliquoties inter ſe permutari. Sanè liber ille de* Allegoriis Homericis, *quem in hoc corpuſculo mox edimus, Heraclitum habuit auctorem; eum tamen ſub Heraclidis nomine alii evulgârunt. Nihil igitur obſtat, cur non, vice verſâ, Heraclitus pro Heraclide aliquando reperiatur. Quod in ſcriptore hoc accidiſſe veri eſt ſimile. Agatharcides Cnidius multa Heraclidis opera in epitomas redegit; Teſtis ſit Photius* Bibl. tmemate 214. *Inter has ejus epitomas recenſet* ἐπιτομὴν θαυμασίων, καὶ ἐκλογὰς ἱςοριῶν. *Atque hæc non multum abludere videntur ab his quæ tractantur in hoc opuſculo. Palæphati* ἱςορία *apud multos venit pro* περὶ ἀπίςων ἱςοριῶν. *Addo his, eundem Agatharcidem in ſuo quodam apud Photium libro, plurimas collegiſſe* fabuloſas hiſtorias, *quæ quidem ipſæ & apud hunc noſtrum occurrunt.*

Illud quoque non videtur prætermittendum; Teſte Laërtio Heraclides ſcripſit περὶ τῶν ἐν ᾅδου; *iſta autem verba titulum faciunt capitis* 21. *hujus noſtri Heracliti. Ego igitur ſic cenſeo: libellum hunc eſſe epitomen operis majoris, cujus auctor fuerat Heraclides; Epitomes auctorem puto fuiſſe Agatharcidem. Liber Heraclidis* περὶ πολιτειῶν *idem fatum paſſus eſt; & fortè ab eodem Agatharcide.*

III. *Subjunxi Heraclidi (ſive Heraclito) Anonymum, ob argumenti affinitatem. Hunc debemus Allatio, Allatius Vaticano*

ticano Codici ; ex eo enim procudit , Anno MDCXLI , *Romæ.*

Anonymus *hic quis fuerit non multùm refert indagare. Sunt enim ea de quibus differit levioris momenti, excerpta ex opere aliquo majori, tanquam* Χρησομαθίαι , *quod illud* ὅτι *satis docet. Duo prima capita inter* ἄπιστα *malè collocantur. Ex eo quædam transtulit verbatim Phavorinus. Ex eo Ampelius emendari potest, capite de* Miraculis. *Quisquis fuerit , videtur vixisse post Proclum Platonicum , quem citat , hoc est , post tempora Theodosii & Leonis Thracis. Suspicor etiam à Græcorum religione fuisse alienum hunc Anonymum , vel saltem eum qui excerpta hæc nobis confecit. vide cap.* 14. *pag.* 91.

IV. *Sequitur* Eratosthenis *opusculum de* Catasterismis. *Corrigendus est Suidas in* Ερατοσθένης, *ubi nunc* κατασηριγμοὺς *legimus. De Eratosthene idem Suidas hæc habet.* Eratosthenes, Aglai, vel (ut alii tradunt) Ambrosii F. Cyrenæus , Aristonis Philosophi Chii, & Lysaniæ Cyrenæi Grammatici & Callimachi Poëtæ discipulus. Accersitus autem est Athenis à tertio Ptolemæo & ad quintum usque vixit. Quod autem in omni doctrinæ genere ferret secundas ab illis , qui ad summa accesserunt, cognomento vocatus est βῆτα. Alii verò, etiam secundum , vel juniorem Platonem , alii , Quinquercionem appellarunt. Natus autem est CXXVI Olympiade. Obiit autem Anno Ætatis LXXX, abstinens à cibo, vel ex inedia, propter hebetatam oculorum aciem , relicto insigni discipulo Aristophane Byzantio , cujus rursus discipulus fuit Aristarchus. Ipsius vero discipuli fuerunt Mnaseas, & Menander , & Aristis. Scripsit autem & philosophica , & poëmata , & historias , astronomiam , seu stellarum situs , de Philosophorum sectis , de vacuitate doloris , Dialogos multos & multa Grammatica.

Sed ut tanti viri industria , & ingenii monumenta pleniùs cognoscan-

cognoscantur, placuit hic indiculum contexere ejus operum; simulque apponere auctores, ex quibus plura de iis (quàm nostra nunc fert scribendi ratio) quispiam haurire possit. Scripsit igitur Eratosthenes, Amathusiam, Hesych. *Anterinnyn*, Athen. & Schol. Nican. *Architectonica, quæ eadem fortè cum Scenographicis*, Pollux & Schol. Apoll. Rhodii. *Aristonem*, Athenæus: *Arithmeticam*, Nicomachus, Jamblichus, Philop. Boet. *Arsinoen*, Athenæus: *Astronomica*, Plutarchus, Suidas, Hipparchus, Ptol. Proclus *in* Tim. *De Bonis & Malis*, Harpocr. Cl. Alex. *De Canone Pyth.* extat. & Nicom. *De vet. Comœdiâ*, Plut. in Demost. *&* libro, an seni ger. Resp. Laërt. Harpoc. Athen. Poll. *Coscinum*, Nicomach. *Chronologiam*, Cicero Dion. Halic. Censorinus, Cl. Alex. Euseb. *De Cubo*, Extat Oxonii. *Declamationes*, Strabo, *Dialogos*, Suidas. *Dimensiones*, Vitruv. Plinius, Capella, Macrob. *De Divitiis*, Plutar. Them. *De Doloris vacuitate*, Athen. & Suidas. *Epistolas* ad Incertos; ad Hegetorem, Polybium, Ptolemæum: Athen. Eutoch. Macrob. *Erigonen*, Versu, Hyginus, Longinus, Stephanus. *Erinnyn*, Schol. Nican. *Gallaticam Hist.* Steph. in *βοὸς κεφ.* Hoc opus puto fuisse Callisthenis; nam Eratosthenes non pervixit ad tempora Prusiæ cujus ibi fit mentio. *Geographiam*, Strabo, Vitr. Steph. Plin. Cæsar, Theon, Cleomed. Sch. Apol. *Gnomonicen*, Vitru. Cleomed. *Grammaticen*, lib. 2. Cl. Alex. Hesych. *Harmonica*, Ptolem. Nicom. *Homeri Diorthosin*, Athen. Strabo. *Mercurium, sive Hermetem*, cujus aliquot carmina extant apud Achil. Tatium. Sch. Nican. & Apollonii, Athen. Macrob. Val. Probum, Heracl. Pont. Steph. Sch. Sophocl. *&* Aristoph. *De Nilo*, extat fragm. Proclus in Timæum. *De Octoëteride*, Geminus & Achil. Tatius. *De Olympionicis*, Athen. Cl. Alex. Laert. in Emped. *Pastoralia*, Procl. in Hes. *Periplum*, sed Marcianus Heracl. adjudicat hoc opus Timostheni; Alii putant legi oportere *περὶ πλούτου* apud Plut. in

The-

Themist. *Pinacem*, Strabo. *Platonicum*, Stobæus Phy. Ecl. Theon. *De sectis Philosophorum*, Stephan. Suidas, Laert. *De Sectionibus Conicis*, Procl. ad Eucl. *De Ventis*, Achil. Tatius. *Ex his non facile dici potest, an* Dialogi *non sint idem opus cum eo de* Doloris Vacuitate, *&* Chronographia *sive* Chronologia *id, quod inscribitur aliter de* Olympionicis. *Interim vides, Lector, ex tanto Eratosthenis thesauro quàm pauca ramenta ad nos devoluta sunt.* Catasterismorum *libellum post tot secula (Hyginum & Germanicum si excipias,) nemo, quod sciam, vidit. Primus eum publici juris fecit Sanctissimus Vir Joan.* Fell ὁ μακαρίτης, *Episcopus Oxonienſis. Vereor autem, ut Præsulis Venerandi exemplar integrum fuerit. Sanè in eo vertendo, (quod* αὐτοσχεδιάζων *feci) nonnullos hiatus mihi videbar observasse. Unde nec Notarum quicquam Eratostheni apponere visum fuit, donec* τὸ ἔδαφος *stabile & fixum nanciscì contingeret.*

V. Cornutum *primus publicavit Aldus. Aldi Codex in fronte* Phurnutum *vocavit, in calce* Cornutum: *similem inconstantiam observavi in Codd. Oxonienſibus. Est tamen unus inter eos, qui Cornuti nomen præfert, cui etiam astipulatur M S. Vaticanus. Video etiam in quadam* Philelphi *epistolâ ad* Pallantem Strozzam, Κορνοῦτον Ῥωμαῖον περὶ ἀλληγοριῶν. *Omnem hac in re dubitationem nobis tollet Auctor Etymologici magni in V.* Ζεὺς; *quædam enim adducit ex hoc ipso libro, ejusque parentem facit* Κορνοῦτον ἐν τῷ περὶ Ἑλληνικῆς θεολογίας. *Theodoretus quoque* in ſecundo ſermone ad Græcos *sic citat,* Κορνοῦτος ὁ φιλόσοφος τὴν Ἑλληνικὴν Θεολογίαν ξυντέθεικε. Cornutus Philoſophus Græcanicam Theologiam compoſuit. *Unde obiter liceat observare, istos MSS. Codd. qui habent,* ὦ παιδίον Γεώργιε, *lin.* 1, *esse recentioris ævi. Forte igitur integrum hominis nomen fuerit* Ἀννᾶιος Πολυδεύκης Κορνοῦτος.

Sunt & alii, qui Cornutum appellaverunt hunc scriptorem. Porphyrius in libro de Antro Nympharum *profitetur se libenter se qui Cornutum in Allegoriis eliciendis. Imò, paginâ* 262. *de* Ant. N. editionis Cantabrigiensis *sic scribit,* ὅθε ἐπιθυ-

ἐπιθυμίᾳ μὲν &c. *Hæc autem ſunt ipſiſſima verba hujus Cornuti, quemadmodum reſtitui ex MS. Cod. in n. 2. p. 148. Adhuc idem Porphyrius in libro περὶ ἀγαλμάτων quædam diſputabat de voce Ζεὺς; ea hauſit ex ſecundo capite hujus libelli. Docet autem* L. Holſtenius *ea verba tributa fuiſſe Cornuto a Jo. Stobæo, etiamſi nunc dierum non addatur in Stobæo nomen Cornuti. Sed hoc nemini videri debet mirum, qui viderit ſchedas* Andreæ Schotti, *in quibus multa reperiuntur quæ fruſtra quæras in Stobæo edito.*

Romæ quidem ſub Nerone claruit Annæus Cornutus *Gente Græcus, ſectâ Stoicus. Annæum audis; & in familiâ Senecarum aut Lucanorum agitaſſe facile credes. Habuit in Philoſophiâ auditores præter alios* Annæum Lucanum & A. Perſium. *Auctor vitæ A. Perſii ait Cornutum multa reliquiſſe Philoſophiæ ſuæ monumenta. Ea viderunt* Origenes, Porphyrius, Jamblichus, Syrianus, Stobæus, Simplicius *& alii. Quamquam fortaſſe non eundem intelligunt omnes Cornutum, nam Platonicus, non Stoicus mihi videtur ille Cornutus, quem Stobæus adducit: item is qui toties Proclo laudatur.*

Nec tantùm ob Philoſophiam inclaruit Cornutus, magnum quoque nomen obtinuit etiam ob humaniores literas. Dio *ſcribit eum* εὐδοκιμῆσαι ἐπὶ παιδείᾳ. *Nero ſuum quoddam poëma Cornuto examinandum miſit. Ea res Cornutum perdidit, nam liberiùs paulò locutus de ea ſcriptione, in exilium abire neceſſe habuit. Satyrarum ſcribendarum auctor Cornutus fuit Perſio; id ipſe fatetur ſatyra V. Eundem, puto, Fulgentius* Satyricum *vocat.*

Suetonius poëtam facit Tragicum, *unde & Lucano forte perſuaſit ut* Medeam *ſcriberet. Laudatur porrò Cornutus quidam a* Gellio, Macrobio, Servio, Chariſio, *ob ea quæ in Virgilium commentatus erat. Profitetur denique ipſe Cornutus in hoc opere, ſe ſcripturum in Heſiodum: quod ipſum præſtitiſſe merito videri poſſit ei, qui diligenter animadvertit maximam partem antiquorum in Heſiodum Scholiorum tum verbis, tum ſententiis cum hoc homine mirificè concordare.*

Denique Cornuto præter alia Porphyrius in libello de Categoriis

riis attribuit Τέχνας Ῥητορικὰς, *& Suidas* Ῥητορικά. *Item Porphyrius (ut hoc addam extra locum) Librum Cornuti citat* πρὸς Αθηνόδωρον. *Opus istud scripsit, opinor, contra Aristotelem, nam* Simplicius, *ex Porphyrio, nos docet* Athenodorum *& Cornutum scripta edidisse adversus Aristotelis Categorias. Addit Simplicius magnam partem operis Cornuti consumptam fuisse in* explicatione & distinctione vocum. *Videant igitur quibus commodum est, an non is sit ille liber, qui nunc servari dicitur in Regis Galliarum Bibliothecâ, sub nomine* Phurnuti *una cum* Magistro de Atticis. *In tanto interim numero & tantis tenebris antiquitatis lubricum est pronunciare quis sit quem nunc quærimus. Ego Platonicum illum hujusce libri auctorem esse conjicio: eumque esse quem toties Porphyrius laudat, & cujus* μεταληπτικὸν *scribendi modum Origines & Proclus imitati sunt.*

V. *De* Sallustio *minus mihi negotium video dari, nam multa de eo* Testimonia *præfiguntur. Quoniam autem de ejus ætate non satis constat ex iis* Testimoniis, *addam apertum indicium ex Simplicii* Commentariis *in Epictetum.* ἐὰν γυμνάζηταί τις πρὸς ἀλγηδόνας, ἀνάγκη ζηλοῦν τὸν ἐφ' ἡμῶν Σαλλούσιον, ἄνθρακα πεπυρακτωμένον ἐπιθέντα γυμνῷ τῷ μηρῷ, καὶ φυσῶντα αὐτὸν, καὶ δοκιμάζοντα ἑαυτὸν μέχρι πόσου δύναται καρτερεῖν. *Ex his liquet illum eo tempore vixisse quo Simplicius floruit. Sed & alium locum, præter ea quæ jam allata sunt, ex Suidâ adjiciamus in V.* ἀπῆγε. *Sallustius, inquit,* ἀπῆγε τοὺς νέους τῆς φιλοσοφίας; *ubi vides dissidium cum Proclo agitasse hunc Sallustium; atque ideo nemini ejus ignotam posse esse ætatem, qui Proclo nobilissimo synchronon fuisse animadverterit.*

VI. *Scriptor ille* de vitâ Homeri, *quem hîc recudi fecimus, solet præmitti melioribus, & antiquioribus Homeri Editionibus. Solet autem cum aliâ* vitâ *Homeri conjungi, quam* Plutarchus *concinnavit; solet denique hæc quoque* vita *Plutarcho attribui. Ego autem* vitam *hanc Plutarcho omninò abjudico. Et primò quidem stylus scriptoris ejus qui hanc* vitam *conscripsit longissime discrepat à Plutarchi dictione & compositione.*

Plutar-

Plutarchus ubique difficilis, retrusus, confertus, & confragosus; omnia hîc aperta, obvia, facilia. Deinde quis affirmabit Plutarchum unius Homeri duas vitas *edidisse? Imò prior illa* vita *à Plutarcho scripta, post hanc composita est; nam ibi omnia breviter, quæ hic planius positis auctoritatibus explicantur. Adhuc manifestissimum est vitam hanc esse aliam à priori, si quis ad prima verba attendat,* Ὅμηρον τὸν ποιητὴν *&c. Accedat his quod hujus libelli scriptor, paginâ* 293. *dicat se egisse de* Tropis *&* Schematibus, ἐν τῇ τεχνολογίᾳ· *Plutarchum autem in eo scribendi genere fuisse versatum non memini me usquam legere. Quid quod Plutarchus* libro de audiendis poëtis *dictum illud Simonidis, de* Poësi *&* Picturâ *aliter exprimat quàm noster. imo in toto illo de* audiendis poëtis *libro nihil habet Plutarchus huic nostro simile, aut in dictionibus aut in sententiis.*

Ut igitur paucis absolvam, equidem existimo seniorem Dionysium Halicarnassæum *hujus aurei libri auctorem fuisse. Certè ea quæ Plutarcho hunc librum auferunt, Dionysio vendicant. Character dictionis planè geminus est in hoc Biographo & Halicarnasseo. Sed nec alium scio præter Dionysium, cui ille locus paginæ* 292. *in hoc scriptore rectius congruat, ubi remittit nos ad suam* τεχνολογίαν; *nam Dionysius scripsit* τέχνας ῥητορικὰς, *& quidem in eis de* tropis & schematibus syntheseos *tractat. Addo illud,* Quintilianus *ubique Dionysium in scribendo expressit; multa in suum horreum ex Dionysio comportavit; tacet tamen plerunque unde sumpserit. Id ipsum fecit cum hunc Homericæ* vitæ *scriptorem legeret. Quintilianus,* nos rite ab Homero cœpturi videmur; *Dionysius,* Ὅμηρον εἰκότως ἀναγινώσκομεν πρῶτον. *Homerus inquit Biographus,* πολλὰς ἀφορμὰς καὶ ὡσὲι σπέρματα παρεχόμενος: *Accinit Quintilianus,* Homerus omnibus eloquentiæ partibus exemplum & ortum dedit. *Audacter dicam, totus ille Quintiliani pulcherrimus locus ex hoc scriptore delibatus est, suppresso Dionysii nomine. Observo tamen, Quintilianum interposuisse* Arati *nomen, quo furtum suum melius tegeret; eodem consilio quo Heraclitus pag.* 274. *(cum sua ista omnia ex Dionysio carpsisset)* Eudoxi *nomen instillavit ad suspicionem diluendam. Sunt adhuc*

huc multæ aliæ συνεμπτώσεις hujus scriptoris & Quintiliani. Uterque eadem tradit de ὀνοματοποιίᾳ & ἀντωνομασίᾳ aliisque figuris. Definitio tropi eadem est apud utrumque. Noster ait dari ἐκτροπὴν λέξεως, & συνθέσεως: Hæc Quintilianus sic reddit —— verti formas verborum & compositionis. *Libro* VIII. *Quintilianus agit de μεταλήψει, ubi non tantùm hujus nostri verba in definiendo retinuit, verùm etiam idem exemplum ad illustrandum apposuit, quo noster usus est in hoc libro pag.* 295. *Denique hæc omnia facilè admittet verè à me dici, qui Dionysium nostrum (sic enim credo)* vitæ *hujus concinnatorem & Quintilianum contendet inter sese, eo loco, in quo uterque tractat περὶ μεταφορᾶς, ut ea omnia jam præteream intacta, quæ* H. Stephanus *in suâ Dionysii editione, Quintilianum à Dionysio mutuo accepisse demonstrat.*

Sed omisso Quintiliano, cum illâ suâ crisi, magis faciet ad indicandum Vitæ *hujus auctorem, si deinceps conferamus eum cum Dionysio. Faciam id paucis. Dionysius libro* περὶ συνθέσεως *de Homero ait,* ὁ δὴ πολυφωνότατος ἁπάντων τῶν ποιητῶν Ὅμηρος. Est omnium poëtarum in verborum copiâ abundantissimus Homerus. *Noster, quisquis fuerit, hujus libelli Auctor pag.* 286. *de principe Poëtarum idem judicium protulit, eandem copiam verborum,* λεκτικὴν δύναμιν & πολυφωνίαν *signanter in eo laudat. Halicarnasseus in* Isæo, *non procul à fine,* δεινότητος οὗτος ὁ ἀνὴρ τὰ σπέρματα καὶ τὰς ἀρχὰς —— —— παρασχεῖν: *Apud nostrum pag.* 323. τὰ σπέρματα καὶ τὰς ἀρχὰς ἐνδιδόντα.

Sunt apud Rhetores tria λέξεως πλάσματα, *sive* χαρακτῆρες. *Hi Dionysio* ὑψηλὸς, (*alias* αὐσηρὸς) ἰσχνὸς, & μέσος. *Noster sic extulit,* ἀδρὸς, ἰσχνὸς, μέσος *pag.* 314. *Nec quenquam moveat, quod* ἀδρὸν *hîc posuit; fatetur ipse horum characterum certa & propria nondum inventa esse vocabula: & fortè* τῷ ἀδρῷ *potissimè, hoc in loco, uti voluit, quoniam apud plerosque accepta fuit ea Hermagoræ divisio; de quâ hîc cum nemine voluit contendere. Sed, (quod ad probandum id, quod volumus, efficacius est,) uterque ad hos characteres illustrandos iisdem utitur exemplis, Thucydidis, Lysiæ, & Demosthenis;*

Dionysius in Lysiâ *&* Demosthene, *noster paginâ modo designatâ. Sunt plura hujusmodi, quæ brevitatis causâ non adduco. Alius ille à Dionysio Halic. si sit hujus vitæ parens (nam is de poëtis scripsit) constat eum à Dionysio seniore hæc omnia transumpsisse.*

Supra aliquatenus evicimus Quintilianum ex hoc scriptore plurima hausisse; ea res apertè docet hunc scriptorem ante Quintilianum vixisse. Alia jam probatio ad hominis antiquitatem colligendam sequitur: Seneca, Epistolâ LXXXVIII, nisi fortè tibi Homerum Philosophum fuisse persuadent. —— nam modo Stoicum illum faciunt, virtutem solam probantem, & voluptates refugientem, & ab honesto, ne immortalitatis quidem pretio, recedentem. *Hæc mihi videtur Seneca adumbrasse ex paginâ* 332. *sequentis libelli. Locus prolixior est, quàm qui à festinante produci possit. Pergit Seneca:* modò Epicureum laudantem statum quietæ civitatis, & inter convivia cantusque vitam exigentis. *Confer pag.* 363 *&* 364. Modò Peripateticum tria genera bonorum inducentem. *Vide hujus dicti fontem apud nostrum pag.* 333. *Atque ex his conficitur ante Senecam floruisse* vitæ hujus *compilatorem. Omitto jam Porphyrium apud Stobæum, (ubi agit de Circe, ejusque explicat allegoriam) hunc exscripsisse, est enim Porphyrius, (quod vix admonere opus sit) scriptor temporum Senecâ & Quintiliano multò inferiorum. Omitto etiam Heraclitum de Allegoriis Homericis, (qui hinc largiter & ὅλῳ τῷ θυλάκῳ mutuatus est) nam ejus ætas incerta est. Sed ut concludam, quicunque tandem sit scriptor ille, certè elegans est, ingeniosus, floridus est, optimusque Homeri interpres, & encomiastes; item antiquus & minimè negligendus, cujus sententiam Fabius amplectitur; & judicium pluribus locis libenter sequitur.*

VII. *Proximum locum tenent* Heraclidis Pontici Allegoriæ, *eo quidem titulo jam olim prodierunt; sed noster codex MS. Heraclitum, non Heraclidem, agnoscit.* Ἡρακλείτου, οὐχὶ τοῦ Σκοτινοῦ, πρὸς τοὺς &c. *ut in primâ annotatione legimus. Titulus is nostri codicis ideò retinendus est, quoniam* Eustathius

ſtathius *ad* Δ *Odyſ. de hoc ipſo opere verba faciens ſic habet*; ὁ Ἡράκλειτος οὐχὶ ὁ Σκοτινὸς, ἀλλ' ἕτερός τις, ὁ τοῖς ἀπίσοις &c. *&* *ad* Τ *Odyſ.* ὃ καί τις Ἡράκλειτος ἐπονήσατο. *Alibi quoque ſæpe hunc Heraclitum ad partes vocat, nomine non expreſsò Euſtathius; de quò tamen nihil certi videtur intellexiſſe. Cæterùm quantum hæc editio profecerit ex noſtro MS° codice, Lectori facilè conſtabit ex notis in orâ libri ſubſcriptis. Illud tantùm adjiciam, mihi quidem videri nondum integrum eſſe libellum iſtum; ſunt enim quædam apud Euſtathium hinc citata, quæ minimè nunc comparent in hoc opuſculo. Suſpicatus eſt olim* Con. Geſnerus *libri ſecundi aliquid defeciſſe.*

VIII. Ocellus Lucanus *&* Timæus Locrus *ex ſanctiſſimâ Pythagoræ diſciplinâ profecti ſunt. Horum laudibus quoniam de meo nihil adjicere potui, aliorum de iis in prioribus editionibus* teſtimonia *contentus fui auxiſſe uno atque alio calculo. Quibus addas licet & illud apud Gellium l.* 3. *c.* 18. *ubi Timon Sillographus docet nos, magno pretio hunc libellum ſtetiſſe Platoni, qui ex eo ſuum Timæum compoſuit.*

IX. Theophraſti *characteres multorum eruditis curis elucidati ſunt. Præter alios vidi* Jacobi Duporti *prælectiones, quas Græcæ Linguæ Profeſſor Cantabrigiæ habuit, ad hunc Theophraſti libellum. Nos pro noſtro modulo nonnihil iis prodeſſe voluimus ope Cod. MS. adjuti. Joh. Mabillon vir doctus & ordinis ſui decus in* Itinere Italico *ſcribit in Abbatiâ Florentinâ ſervari Theophraſti characteres MSS. Hoc indicio, ſpero fore, ut Philologus aliquis ad perficiendum hunc libellum ſuam operam ſit collaturus; nam & hic aliquid ſibi longum tempus videtur detruncaſſe.*

X. Demophilum, Democratem (*ſive Democritum*) *&* Secundum *Lucas Holſtenius è tenebris eruit, ejuſque diligentiâ enotuêre. Scio apud* Iſaacum Voſſium *ſervari hos in membranis ſcriptos. Scio & alibi horum inveniri multa effata, quæ tamen recolligere nunc non eſt otium. Hos igitur unà cum reliquis Pythagoricorum in præſentiarum dimitto; animo tamen reviſendi, recenſendi, &, uti ſpero, augendi & ſupplendi, & edendi unà cum Jamblicho de* vitâ & ſectâ Pytha-

goræ. *Hunc enim ex variis MSS. auctum & emendatum, novâque versione donatum, brevi, favente deo, evulgare meditor.*

XI. *Tandem aliquando devenimus ad* Sextii *sententias. Nomen hoc non adeo omnibus cognitum, nam aliqui* Sextum *appellant. Sic Origenes* Tomo 15 in Matt. *& Eusebius, eum secutus, in* Chronico. *Aliqui putant eundem* Sextum *laudari ab* Himerio *in* monodia pro filio: *sed hic alius fuit. Rectiùs dicetur,* Q. Sextius, *& ut à filio distinguatur,* Q. Sextius Pater. *Adhæsit ei cognomen* Romanus; *opinor quòd Athenis aliquando philosophatus sit; nam latum clavum J. Cæsare offerente, respuit, & honores ad quos natus erat (utpote familiâ senatoriâ ortus) contempsit, patriæque valedixit ob Philosophiæ amorem. Hujus* Q. Sextii *meminerunt (non sine admiratione) Seneca, Plinius N. H. Plutarchus, Jamblichus* apud Simplicium in Phys. Hieronymus, Augustinus, Pelagius, S. Maximus, S. Antonius, & Stobæus. *Imò ante hos omnes ejus meminit* Cicero *l.* 11. *de Fin. ni multum fallor. M. Antoninus Imp. libro suo primo enumerat præclaros aliquot viros, per quos in virtutis curriculo provectus fuerat; inter cæteros multa salutaria se didicisse ait* παρὰ Σέξτου. *non nescio à plerisque hîc intelligi* Sextum *Plutarchi nepotem, Cheronensem. Mihi aliter videtur. Eutropius scribit* Sextum *illum Rhetoricam & Græcas litteras Marco prælegisse; Philosophiam docuisse non dicit; & tamen ea omnia, quæ se à* Sexto *accepisse agnoscit Antoninus, petita sunt ex mediâ Philosophiâ. Imò ea omnia petita sunt ex hoc ipso* Sexti (*vel* Sextii) *enchiridio; quod conferenti patebit. Dices,* Sextius *diu ante Marcum vixit; respondeo, non solos eos ibi laudat Imperator, quorum vivam vocem audierat. Si verò* Sextus *ille,* Cheronensis *habendus sit, nihil obstet quin ipse à* Sextio *nostro ea hauserit, quæ Marco Antonino propinabat. Pluribus nunc non immorabor; consideret Lector accuratus apud Imperatorem,* τὸ καταληπτικὸν καὶ ὁδῷ ἐξευρετικὸν καὶ τακτικὸν τῶν εἰς βίον ἀναγκαίων δογμάτων. *Hæc, inquam, Epitome sunt hujus Enchiridii. Item, quæ de Sextii* Speculo *latè disputat Seneca l.* 2.

de

de Irâ, occasionem dederunt iis, quæ Imp. disserit de Ira, Sectione nonâ primi sui libri.

Quod autem hujus Enchiridii auctor fuerit ille Sextius Romanus, *apertè testatur Origenes,* Φησὶ δὲ Σέξτος ἐν ταῖς γνώμαις, βιβλίῳ φερομένῳ παρὰ τοῖς πολλοῖς ὡς δοκίμῳ. *Deinde progressus quædam adducit, quæ etiam nunc in hoc libello legimus. Audiamus Ruffinum Presbyterum,* Sixtum Pythagoricum in Latinum verti, quem Sixtum Episcopum esse tradunt, qui apud nos in urbe Romanâ Sixtus [*f. Xystus*] vocatur, Episcopi & Martyris gloriâ decoratus: hunc verò cùm legerit soror tua, O Aproniane, inveniet tam brevem, ut videat singulis versibus ingentes explicari sensus; tam vehementem, ut versûs sententia ad totius vitæ perfectionem possit sufficere. *Fraudem Ruffni vidit statim, & exagitavit Hieronymus libro* 4. *in* Hieremiam *cap.* 32. (*quod ante nos observavit Cl. & amplissimus* Huetius, *Epis. Suess. designatus*) *tangit quoque eandem rem Hieronymus* adversus Jovinianum, *& Ep. ad* Ctesiphontem. *Post hæc & Augustinus retraxit quæ senserat de* Sextio, *& Gelasius suo decreto* (*modò sit Gelasii*) *sic ex catalogo Ecclesiasticorum Scriptorum expunxit.* Liber proverbiorum, qui ab Hæreticis conscriptus est, & S. Xysti nomine prænotatus est, Apocryphus. *Nec satis habuit Ruffinus alienum fœtum* Xysto *supposuisse; sed huic ipsi* Sextio *aliena dicta inseruit; suo more omnia vertendo pervertit & contaminat. Ipse fatetur loco suprà allato.* Addidi & quædam [Sextio] religiosi patris ad filium. *Cur veritus est apertè dicere ex Clementis* Recognitionibus? *nam inde ista addidit, vel, ut verùs dixerim, reddidit* Sextio. *Scripsit* Sextius, *methodo Pythagoricâ,* Γνώμας, *&* ὅμοια; *Seneca vidit.* Sextium *Demophilus imitatus est, quamquam nunc ejus* ὅμοια *malo ordine præmittantur* Γνώμαις. *Pseudo-Clemens ille in libro* Pastoris, (*nam Clementis opus esse, multa sunt quæ suadent*) Γνώμας *&* ὅμοια *sua ex hoc nostro effinxit: in libro primo* Constit. *in* Recognitionibus *&* Homiliis *vix quicquam habet, quod non,*

parvâ & pravâ declinatione, ex hoc libello expresserit. Sed hæc noluit Ruffinus tangere; ne sc. Xysto *suo aliquid detraheret auctoritatis; aut fortè minori in pretio essent pulchri illi libri Clementis, siquando* Sextius, *detractâ personâ, purus putus deprehenderetur Pythagoricus.* Sextius *igitur verus est tot aurearum sententiarum & monitionum pater. Constat hoc ex Senecâ, qui eum incontaminatum legit; qui inde suum illud gnomicum dicendi genus aliaque multa didicit. Audi ipsum ingenuè fatentem;* Lectus est deinde liber Q. Sextii Patris; magni, si quid mihi credis, viri; & licet negent Stoici. Quantum in illo, Dii boni, vigoris? quantum animi? cùm legeris Sextium, dices: vivit, viget, liber est, supra hominem est, dimittit me plenum ingentis fiduciæ. Nam hoc quoque egregium Sextius habet, quod & beatæ tibi vitæ ostendet magnitudinem, & desperationem ejus non faciet. *Seneca epistolâ* LXIV. *Legat cui vacat ejusdem epistolas* 59, 98. *librum* 2. *de Irâ. c.* 36. *librum* 3. *c.* 36. *Et mirari subit neminem eorum, qui in Senecam scripserunt, perspexisse Senecæ proverbia ex* Sextii Proverbiis *expressa fuisse. imò, vividum illum spiritum, quo fertur Seneca per totam moralem Philosophiam, haustum fuisse ex libro* Sextii. Sextium *igitur, si quis Græcè nobis exhiberet, magno profectò beneficio nos mactaret. Interea temporis non pœnitenda* Sextii *fragmenta supersunt apud Demophilum & Democratem; alia item passim apud Joannem Stobæum sub nomine Pythagoræ, & aliorum, imò sæpe ἀδέσποτα. Latina porrò, (ut illud obiter addam) exemplaria harum Parabolarum (ut Seneca vocat) adeò inter se discrepant, ut ferè constet duas olim emanasse versiones. Horum exemplarium alia plures multò sententias continent, alia pauciores; in aliis multæ sunt repetitiones, & ordo nonnihil immutatur: alia duas partes in hoc opusculo faciunt, quod ipsum Hieronymus animadvertit. Denique nullum adhuc nactus sum exemplar, cui non fieri posset aliqua accessio ex accuratâ prædictorum Scriptorum collatione. Atque hæc de Sextio, cæterisque Auctoribus, quos in hoc volumine Optimus vir* H. WETSTENIUS *Bibliopola Amstelodamensis magnis impen-*

impensis prælo subjecit, & in manus eruditorum transmisit.

Unum restat, quod Te celare, Lector benevole, nullo modo debeam. Marcus Meibomius *Vir est in Græcis, Latinis, Hebræisque literis eruditissimus. Hoc ubique, me tacente, ejus docta scripta testantur. Tantus vir non dedignatus est ad hanc editionem procurandam descendere, ut quàm emendatissima hæc prodirent. Notas porrò Heraclidi & Pythagoreorum Fragmentis, elegantes adjecit; in Græcis accuratissimam operam posuit, nam præter infinitos errores quos sustulit, optimo etiam consilio characterem adduxit in usum facilem, & expeditum, nexibus, & ligaturis, quas vocant, liberum. Denique in totâ hac re adeò se acutum & Lynceum præstitit, ut facilius sit ejus admirari Criticen, quàm dignè laudare. Mecum igitur, Lector benevole, habe gratias Cl. Meibomio, simulque opta ut nobilis aliquis Scriptor ei veniat in manus, in quo edendo & nostris commodis & suæ famæ velificare non gravetur. Imò, omnibus votis potissimè contendamus, ut præclaras suas observationes in Sacram Paginam, jam diu desideratas, velit aliquando emittere. Tu interim, Lector, hæc, Præfationis loco, breviter congestéque à me dicta æqui bonique consulas.* Vale. Scribebam Londini in Ædibus Coletinis, Anno Salutis per Christum CIↃ DC LXXXVII.

SERIES

SERIES
OPUSCULORUM
MYTHOLOGICORUM, &c.

PAlæphati de Incredibilibus Hiſtoriis. *pag.* 1
Heracliti de Incredibilibus. 67
Anonymi *longe Heraclito recentioris* de Incredibilibus. 83
Eratoſthenis Cyrenæi Cataſteriſmi. 97
Phurnuti de Natura Deorum Commentarius. 137
Salluſtii Philoſophi de Diis & Mundo. 237
Homeri Poëtæ Vita. 281
Heraclidis Pontici Allegoriæ Homeri. 405
Ocellus Lucanus Philoſophus de Univerſi Natura. 499
Timæi Locri de anima mundi & Natura. 539
Theophraſti Notationes Morum. 567
Demophili Similitudines ſeu Vitæ Curatio ex Pythagoreis. 611
Democratis Philoſophi Aureæ Sententiæ. 626
Secundi Athenienſis Sophiſtæ Sententiæ. 640
Sexti Pythagorei Sententiæ è Græco in Latinum à Ruffino verſæ. 643
Ex quorundam Pythagoreorum libris Fragmenta, in quibus de Philoſophia Morali agitur. 657

ΠΑΛΑΙΦΑΤΟΥ

ΠΕΡΙ

Α' ΠΙ'ΣΤΩΝ

Ι'ΣΤΟΡΙΩΝ.

PALÆPHATI

DE

INCREDIBILIBUS

HISTORIIS.

Index, Homeri, Poetae. Vita.

Ευχάτασκυως [illegible] Λογος, — — page 292
Συαρχος. — — — ibid
Σεμαγος. — — — ibid
Τερετα. — — — ibid
Εκτροτη τωνλεξιω — ibid
Τροπος. — ibid
Της Συναχεθεως.
Σχεμα.
Ξυνελογια.
Ονοματια.
Φυσαν.
Πρισειν.
Μαχαθα
Βρουτο.
Δυνα.
Αραβα.
Βομβος.
Ταχθει
Ετρεφω.

TESTIMONIA VETERUM
DE
PALÆPHATO
ΠΕΡῚ ἈΠΊΣΤΩΝ.

Theo Sophista Capite περὶ Ἀνασκευῆς.

Καὶ Παλαιφάτῳ τῷ Περιπατητικῷ ἐστιν ὅλον βιβλίον περὶ τῶν ἀπίστων; ἐν ᾧ τὰ τοιαῦτα ἐπιλύεται.

Plutarchus Symposiacon Lib. XXVII.

Καινὸς γάρ ἐστιν οὑτοσὶ Παλαίφατος.

Athenæus Lib. XV.

Ἰδοὺ καινὸς οὗτός ἐστι Παλαίφατος.

Eustathius in Iliados A.

Ὅτι δὲ ἐγένοντο οἱ ἱπποκένταυροι καὶ γενναῖοι καὶ δεξιοὶ κελητίζειν, καὶ ὅτι λῃστρικῶς ἔζων, καὶ ἡ τοῦ Παλαιφάτου ἱστορία φησί.

Idem in Τ Ὀδυσσ.

Παλαιφάτου δὲ μέμνηται καὶ Ἀθήναιος, ἔνθα μαγείρου σοφιζομένου, καὶ τὴν οἰκείαν τέχνην ἀποσεμνύνοντος, ἔφη τὸ, καινὸς οὑτοσὶ Παλαίφατος. ὁ δὲ καὶ παροιμιάζεται τοὺς πιθανολογοῦντας τὰ μὴ οἷά τε ὄντα προσοχὴν ἔχειν.

Idem in Odysseæ Ξ.

Οὐχ ἧκιστα δὲ καὶ ἐκ τοῦ ἱστορήσαντος, ὅτι Σφὶγξ γυνή τις ἦν εἰδεχθὴς περί που Βοιωτίαν, λῃστρικὴ καὶ φονία, ὡς Παλαιφάτῳ δοκεῖ. Vid. p. 76. 246. 275. 1507. Od. 8. 188. 434. 688. 556. Edit. Bas.

Suidas.

Παλαίφατος. Πάριος ἢ Πριηνεύς, γεγονὼς κατὰ Ἀρταξέρξην, ἀπίστων βιβλία ε. τινὲς δὲ ταῦτα εἰς τὸν Ἀθήναιον ἀναφέρουσι, πλὴν καὶ οὗτος ἔγραψε.

Isaac. Tzetzes in Lycophronem.

Παλαίφατος δὲ ὁ Στωϊκὸς, ψυχρῶς μέν, ὁμως δὲ ἀλληγορικῶς, ὀδόντας ἔχειν ἐλεφάντων τὸν Κάδμον λέγει, ἐλθόντα ἐκ φοινίκης, καὶ τούτους διασπείραντα συμμαχίαν σχεῖν κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ.

Joan. Tzetzes Chil. I. Hist. XX.

Ὁ δὲ σοφὸς Παλαίφατος, ἀνὴρ ἐκ Περιπάτου,
Ἀλληγορεῖ τεμεμάχιον, ἢ μέρος τεμεμαχίου, &c.

Idem Chil. II. Histor. XLVII.

Οἶμαι δὲ καὶ Παλαίφατος οὗτος αὐτὸ διδάσκει,
Τὴν ἐκτομὴν τῆς Δήμητρος. ὃ λέγει δὲ τοῦ ἄλσους,
Ἣν περ ἡμεῖς εἰρήκειμεν πράσιν κτημάτων εἶναι.

Ibidem Histor. LIII.

Τοῦτο τὸ ἀλληγόρημα, τέκνον ἐμὸν, μοὶ δοκεῖ.
Οἶμαι τοῦ Παλαιφάτου δὲ τοῦ Στωϊκοῦ τυγχάνει.
Κάλλιστον ὄν, οὐχὶ σαθρόν.

Idem Chil. VII. Hist. XCIX.

Χρὴ κεντοταύρους τὸ λοιπὸν, μηδὲ κενταύρους λέγειν, Παλαίφατε σοφώτατε. τὰ Παλαιφάτου ταῦτα.

Apostolius Centuria II.

Ὁ δὲ Παλαίφατος περὶ Ἀμαλθείας οὕτω φησί. ὅτι Ἡρακλῆς ἀποδημῶν κατὰ Βοιωτίαν, &c.

Virgilius in Ciri.

Infamem tali meritò rumore fuisse,
Docta Palæphatiâ testatur voce papyrus.

Hieronymus in Chronico Eusebiano ad annum DCXXX.

Secundùm quorundam opinionem, hâc ætate Phrixus cum Hella sorore fugiens insidias novercales, visus est per mare vehi ab Ariete velleris aurei. Fuit autem ei navis parata fugienti, cujus insigne aries erat. Porrò Palæphatus affirmat, Arietem vocatum nutritorem ejus, per quem liberatus fuit.

Idem ad annum DCLXXV.

Pegasus equus velocissimus cujusdam mulieris fuit, sive, ut Palæphatus affirmat, Bellerophontis navis fuit.

Idem ad annum DCXCV.

Ea quæ de Spartis memorantur, quos Palæphatus scribit, quum proximarum essent regionum, adversus Cadmum subitò extitisse, & propter repentinos, quasi de terra contractus, & ex omni parte confluctus, SPARTOS vocatos, tunc gesta sunt.

Idem ad annum DCCXXXVI.

Ea, quæ de Dædalo fabulæ feruntur; qui visus est simulacra fecisse moventia. Primus enim omnium pedes statuarum à se invicem separavit, aliis conjunctim eos fabricantibus. Palæphatus memorat. Nec non quomodo cum filio Icaro Minoem navi fugerit, & propter investigabilem fugam avolâsse pennis æstimatus sit.

Idem ad annum DCCLVI.

Sphingem verò scribit Palæphatus, uxorem Cadmi, propter zelum Harmoniæ à viro recedentem, contra Cadmum restitisse.

Idem ad annum DCCLXXII.

Bellum Lapitharum, & Centaurorum sub hoc tempore: quos scribit Palæphatus libro de Incredibilibus nobiles fuisse equites Thessalorum.

Idem ad annum DCCCXLIII.

Ea, quæ de Ulysse fabulæ ferunt, quomodo trieri Tyrrhenorum Scylam fugerit, spoliare hospites solitam; scribit Palæphatus Incredibilium libro primo. Sirenas quoque fuisse meretrices, quæ deceperunt navigantes.

Orosius Lib. I. CAP. XIII.

Sed Thessalos Palæphatus in libro primo Incredibilium prodit, ipsos à Lapithis creditos dictósque fuisse Centauros, eò quòd discurrentes in bella equites, veluti unum corpus equorum & hominum viderentur.

DE

DE
PALÆPHATIS,
Ex Libro Illustris Viri
GERARDI JOANNIS VOSSII de Historicis Græcis, alterâ parte auctiore nunc propediem lucem visuro.

PAlæphatus, Grammaticus Ægyptius, vel juxta alios, Athenienſis, ἔγραψε ἱστορίαν ἰδίαν, Suida teſte. Ex quo etiam edidiſſe cognoſcimus Ægyptiam philoſophiam, & argumenta in Simonidem, & μυθικῶν librum unum, & λύσεις τῶν μυθικῶς εἰρημένων. Quorum poſtrema duo idem poterant volumen credi; niſi apertè diſtingueret Suidas. Præterea Troica (quorum præter alios meminêre Stephanus in Χαριμάται, & Suidas in Μακροκέφαλοι) à nonnullis Grammatici hujus eſſe credebantur. Compluribus id opus libris conſtitiſſe, indicat, quòd Harpocration in Δυσαύλης laudet Palæphatum ἐν πρώτῳ Τρωϊκῶν; atque idem in Μακροκέφαλος citet ἐν ἑβδόμῃ Τρωϊκῶν. Alii alterius eſſe exiſtimárunt. Incerta eò res eſt, quia quatuor fuêre Palæphati. Unus erat Poëta epicus Athenienſis: alter Parius, vel Prienenſis: tertius Hiſtoricus Abydenus: quartus Grammaticus iſte Ægyptius, vel Athenienſis. Trium priorum ætas à Suida indicatur. Nam Athenienſem ἐποποιὸν ſupparem fuiſſe Phemonoæ ait, vel fortaſſe etiam antiquiorem: Parium vel Prienenſem refert ad tempora Artaxerxis: Abydenum ad ætatem Alexandri Magni: quarti autem tempus ignoratur. Ex quatuor iſtis primus in conſiderationem non venit hoc loco. Quòd ſiquis nôſſe volet, quæ carmine ſcripſerit, adeat Suidam. De tertio autem, Abydeno nempe Hiſtorico, actum nobis lib. I. cap. IX. Superſunt ſecundus, quartúſque: quorum ille Parius, aut Prienenſis; hic Ægyptius, vel Athenienſis fuiſſe dicitur à Suida. Priori tribuit quinque libros ἀπίστων; ſed addit, à quibuſdam eos adſcribi Palæphato Athenienſi; ac hunc quoque illud argumentum tractáſſe. Verùm cùm poſtea refert, quæ ſcripſerit Athenienſis Palæphatus, non nominat libros ἀπίστων, ſed λύσεις τῶν μυθικῶς εἰρημένων. Exſtat hodiéque Palæphati operis fragmentum; quo poëticæ fabulæ explicantur. Id Parii Palæphati arbitrantur Cælius Rhodiginus lib. XXX. Antiquar. Lect. cap. XXXIV. & Lilius Gyraldus dial. II. Hiſtoriæ Poët. Quam & ſententiam ipſi primitus ſecuti fuimus: ſed poſtea mutavimus. Movit Theo in Progymnaſmatis capite περὶ ἀνασκευῆς, καὶ κατασκευῆς, ubi hunc in modum loquitur: Παλαιφάτῳ τῷ περιπατητικῷ ἐστιν ὅλον βιβλίον περὶ τῶν ἀπίστων ἐπιγραφόμενον. Ac ſimiliter inſcripſit autor librum, quem habemus. Siquidem illum eo pacto orditur: τάδε περὶ ἀπίστων συγγέγραφα. In Theonis autem verbis conſiderandum, quòd ἀπίστων ſcriptorem appellet Philoſophum Peripateticum. Imò & Joannes Tzetzes, qui ſæpius citat Palæphati Μυθελογικὰ, nunc eum vocet Φιλόσοφον Στωϊκὸν, ut Chil. IX. Hiſtor. CCLXXIII. nunc ἄνδρα ἐκ περιπάτου, ut Chil. I. Hiſtor. XX.

Quorum si alterutrum verum sit; diversus fuerit à Pario illo, sive Prienensi; qui sub Artaxerxe vixit. Nam Zeno, Stoicæ sectæ conditor, demum floruit everso jam Persarum imperio ab Alexandro Magno; imò Rege hoc jam extincto, & successoribus ejus inter se de imperio decertantibus. Nec Parius ille Peripateticus rectè dicatur; cùm appellatio ea conveniat nulli, qui Aristotele ipso antiquior sit. Sic igitur statuo, si Palæphatus, quem habemus, est unus ex illis Suidæ memoratis, esse illum incertæ ætatis, Ægyptium, sive Athenienſem; quem & ipsum περὶ ἀπίστων tractâsse, ibidem dicitur. Tantùm metuo, nè Suidas nobis duos confundat Palæphatos; quorum unus fuerit Ægyptius, alter Athenienſis; unus Grammaticus, alter Philosophus. Nam scriptor ille Suidæ vocatur Grammaticus; Theoni Philosophus Peripateticus; Tzetzæ nunc Peripateticus, nunc Stoicus; ut vidimus. Cùm autem Tzetzes sibi parum constet; & Theo longè sit antiquior: potiùs Peripateticum fuisse censeo. Etsi Josephus Scaliger, in poëmate, quod Ciris inscribitur, Stoicum & ipse nuncupet: nempe à Tzetze, ut puto, deceptus. Palæphati ejus liber περὶ ἀπίστων, *de quo diximus, meminit quoque Virgilius, sive alius, in Ciri:*

Infamem tali meritò rumore fuisse,
Docta Palæphatiâ testatur voce papyrus.

Priorem sic versum rescripsi, Paulum Leopardum secutus, Lib. x. Miscell. cap. XXIV. *Ubi in vulgatis perperam est,* meritorum more. *Posteriori versu retineo scripturam vulgarem; licet minimè me fugiat, non Georgium Fabricium modò, sed Josephum quoque Scaligerum, pro* papyrus *reponere* Pachynus. *Mentio ejus præterea est apud Probum in* III. *Georgicon; Eusebium in Chronicis ad numerum* IↃCCLVII, *ubi de Tyndari libris, & alibi; Orosium lib.* I. *cap.* XIII.

PALÆPHATI DE INCREDIBILIBUS HISTORIIS.

HÆc de incredibilibus conſcripſi. Hominum quidem hi fidem habent omnibus illis, quæ dicuntur, tanquam ab ſapientia, ſcientiáque alieni. Alii verò naturâ ſapientiores, & rerum ſcrutatores, omnino non credunt horum quidquam fieri. Mihi autem videtur, facta fuiſſe omnia, quæ narrantur. Si enim ſolo nomine contigiſſent, ſermo ſuper his exiſteret nullus. Sed primùm opera, deinde ſermo ejuſmodi, qualis eſt de iis. Cujuſmodi autem ſpecies, & formæ narrantur, fuerunt tum quoque. Quæ nunc non exſtant, eadem

ΠΑΛΑΙΦΑ'ΤΟΥ Ι' ΠΕΡΙ' Α'ΠΙ'ΣΤΩΝ ΙΣΤΟΡΙΩ̃Ν.

Τὰ δε [2] περὶ ἀπίσων συγγέγραφα.[3] τῶν ἀνθρώπων οἱ μὲν γὰρ πείθονται πᾶσι τοῖς λεγομένοις, ὡς ἀνομίλητοι σοφίας, καὶ ἐπιςήμης· οἱ δὲ πυκνότεροι τὴν φύσιν, καὶ πολυπράγμονες, ἀπιςοῦσι τὰ παράπαν [4] μηδὲν γίνεσθαι τούτων. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ γενέσθαι πάντα τὰ λεγόμενα. [5] οὐ γὰρ ὄνομα μόνον ἐγένοντο, λόγος δὲ περὶ αὐτῶν οὐδεὶς ὑπῆρξεν· ἀλλὰ πρότερον [6] τὰ ἔργα, εἶθ' οὕτως ὁ λόγος, ὁ περὶ αὐτῶν. ὅσα δὲ εἴδη καὶ μορφαί εἰσι λεγόμεναι, καὶ γενόμεναι τότε· αἳ νῦν οὐκ εἰσὶ, τὰ τοιαῦτα οὐκ ἐγένετο,

1 Titulus hujus libri valde incertus. Theo Sophiſta, Suidas, & Hieron. in Chron. Euſeb. videntur legiſſe, περὶ τῶν ἀπίςων. Sic Heraclitus, & Anonymus [quem damus] ſuos libb. inſcripsêre. Impreſſi habent περὶ τῶν ἀπίςων ἱςοριῶν. Sic Apollonides, περὶ τῶν καταψευσμένων [in Ammonio MS°. ἱςοριῶν,] & Myrſilus Lesbius. περὶ τῶν παραδόξων ἱςορικῶν, ſcripſêre Dionyſ. Mitylenæus, & Charax. Codd. Cant. & Ox. γ. ἐκ τῶν τοῦ Παλαιφάτου περὶ τῶν ἱςοριῶν. Editio Baſil. περὶ μύθων, Suidas μυθικῶν, Tzetzes μυθολογικῶν libros huic tribuunt.

2 Prophetæ in S. Script. Timæus Locrus, Ocellus, Alcmæon Crotoniates apud Laërtium, Herodotus, Thucydides, Suſarion apud Diomedem (quem corriges ex Stobæo, & Dionyſio Thrace MS°.) ſic ferè exordiuntur. Vide Meurſium in Epiſt. Beſſarionis, & Dionem Chryſ. de Homero; & quæ nos ad Herodotum, editum Lond.

3 Cod. Ox. α, leg. ἀνθρώπων γὰρ οἱ μὲν εὐπειθέςεροι πείθονται π. τοῖς —— rectè.

4 Παράπαν, γίνεσθαί τι τούτων. Ox α.

5 Οὐ γὰρ —— Ox. α, & Arun. Gal. οὐ γὰρ ὀνόματα μόνον ὑπῆρξε, λόγος δὲ περὶ αὐτῶν οὐδεὶς. Tollius pro ου ponit εἰ forte λόγος μὲν π. α. οὐ. ὑπῆρξεν ἀεί.

6 Πρότερον ἐγένετο τὸ ἔργον.

το. [7] εἰ γὰρ τότε, καὶ ἄλλοτε ἐγένετο, καὶ νῦν τε γίνεται, καὶ αὖθις ἔσαι. ἀεὶ δὲ ἔγωγε ἐπαινῶ τοὺς [8] συγγραφέας Μέλισσον, καὶ Λαμίσκον τὸν Σάμιον, [9] ἐν ἀρχῇ λέγοντας. ἔσιν ἃ ἐγένετο, καὶ νῦν ἔσαι. [10] γενόμενα δέ τινα οἱ ποιηταὶ, καὶ λογογράφοι παρέτρεψαν εἰς τὸ ἀπιστότερον, καὶ θαυμασιώτερον, τοῦ θαυμάζειν ἕνεκα τοὺς ἀνθρώπους. ἐγὼ δὲ γινώσκω, ὅτι οὐ δύναται τὰ τοιαῦτα εἶναι, οἷα καὶ λέγεται. τοῦτο δὲ καὶ διείληφα, ὅτι εἰ μὴ ἐγένετο, οὐκ ἂν ἐλέγετο. [11] ἀπελθὼν δὲ καὶ πλείστας χώρας, ἐπυνθανόμην ἐκ πρεσβυτέρων, ὡς ἀκούοιεν περὶ ἑκάσου αὐτῶν. συγγράφω δὲ, ἃ ἐπυθόμην περὶ αὐτῶν. καὶ τὰ χωρία αὐτὸς εἶδον, ὡς ἔσιν ἕκασον ἔχον. καὶ γέγραφα ταῦτα, οὐχ οἷα ἦν λεγόμενα, ἀλλ' αὐτὸς ἐπελθὼν, καὶ ἱσορήσας.

neque fuerunt. Si tunc enim, & alio tempore acciderunt; & jam fiunt, atque erunt deinceps. Ego verò ſemper laudo ſcriptores Meliſſum, & Lamiſcum Samium, ſtatuentes, quæ in rerum primordio nata ſunt, etiam nunc fore. Facta autem quædam poëtæ, & fabulatores, ad incredibilia, & miranda magis perverterunt, ejus ergo, ut homines obſtupeſcerent. Equidem ſentio, talia minimè eſſe poſſe, qualia circumferuntur. Hoc autem collegi, quòd ſi minùs facta eſſent, non item narrarentur. Ingreſſus verò & plurima loca, ex ſenioribus ſum ſciſcitatus, quomodo de unoquoque illorum inaudiviſſent. Conſcribo autem, quæ de iis intellexi. Et loca ipſe vidi, ut quiſque haberet; & conſignavi hæc, non qualia vulgò narrantur; ſed quemadmodum ipſe ingreſſus, omnia cognovi.

7 Εἰ γὰρ ποτε καὶ ——

8 Συγγραφεὺς hic laxè ſumitur pro quovis ſcriptore. Voſſ. Hiſt. Gr.

9 Ἐν ἀρχῇ —— Arun. ἔσιν ἃ, καὶ ἐγένετο, καὶ νῦν ἔσαι. Voſſ. in Hiſt. Gr. ἔστι νῦν ἃ ἐγένετο καὶ ἔσαι. forte, ἔσιν ἃ ἐγένετο, καὶ ἦν, καὶ ἔσαι. vel, ἐν ἀρχῇ, λέγοντας, ἔι τινα ἐγένετο, καὶ ἦν, καὶ ἔσται. Vide cap. Eccl. 1. ℣. 9. Antiquorum temporum non alia ratio fuit, quàm nunc eſt; quod ergo nunc non fit, nec olim fuit. Voſſ.

10 Γενομένων δὲ τινῶν οἱ ποιητικοὶ λογογράφοι —— Ox. β. οἱ π. λέγει. Ox. α.

11 ἐπελθὼν δὲ —— Mox, χωρία αὐτῶν —— Oxon. uterque. & Gal. & Ravii cod. Vid. Artemid. Proœm.

---

* Περὶ Κενταύρων.

Κένταυροι ὡς θηρία ἐγένοντο, καὶ ἵππων μὲν εἶχον ὅλην

1. *De Centauris.*

CEntauri feræ fuerunt, & ad equorum modum totam

τὴν

* Ox & Lond. titulum cum initio capitis conjungunt, ſic, Περὶ Κενταύρων φασὶν ὡς θ. quod & alibi fit. Sic & cod. Gal. & Flor.

1 Poſt

tam formam habuere, excepto capite. Si quis itaque persuasum habeat, ejusmodi bestiam fuisse, impossibilibus credidit. Neque enim natura equi, hominisque, inter se convenit; neque alimentum simile; neque per os, & guttur humanum, equi nutrimentum potest descendere. Si autem forma talis tum temporis extitisset, etiam nunc supereresset. At rei veritas ita habet. Ixione Thessaliæ Rege, in monte Pelio furore correptum est taurorum agmen, ac quicquid montium reliquum erat, inaccessum reddidit. Tauri enim in loca culta descendentes, arbores concutiebant, ac fructus, jumentis simul noxii. Proclamari itaque jussit Ixion, si quis hos tauros sustuliisset, illi ingentem pecuniæ vim dandam. Juvenes autem quidam è locis ad montis pedem, & pago dicto Nephele, equos condocefacere celetes excogitârunt. Nescivere enim priùs equis vehi; sed curribus solùm utebantur. Ita quidem, celetes adscendentes, ferebantur in tauros, & factâ in gregem incursione,

τὴν ἰδέαν, πλὴν τῆς [1] κεφαλῆς· εἴ τις οὖν πείθεται τοιοῦτο γενέσθαι θηρίον, [2] ἀδυνάτοις πεπίσευκεν. [3] οὔτε γὰρ ἡ φύσις σύμφωνος ἵππου καὶ ἀνδρὸς, οὔτε ἡ τροφὴ ὁμοία, οὔτε διὰ στόματος καὶ φάρυγγος ἀνθρωπείου δυνατὸν ἵππου τροφὴν διελθεῖν. εἰ δὲ τοιαύτη ἰδέα τότε ἦν, καὶ νῦν [4] ὑπῆρχε. τὸ δ' ἀληθὲς ἔχει ὧδε. Ἰξίονος βασιλέως ὄντος Θεσσαλίας, ἐν τῷ Πηλίῳ ὄρει ἀπηγριώθη ταύρων ἀγέλη, [5] καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ὀρῶν ἄβατα ἐποίει. εἰς γὰρ τὰ οἰκούμενα κατιόντες οἱ ταῦροι, ἔσεινον τὰ δένδρα, καὶ τοὺς καρποὺς, καὶ τὰ ὑποζύγια διέφθειρον. ἐκήρυξεν οὖν ὁ Ἰξίων, ὡς [6] εἴ τις οὖν ἕλοιτο τοὺς ταύρους, τούτῳ † δῴη χρήματα πάμπολλα. νεανίσκοι δέ τινες ἐκ τῆς ὑπωρείας, ἐκ κώμης τινὸς καλουμένης Νεφέλης, ἐπινοοῦσιν ἵππους κέλητας διδάξαι. πρότερον γὰρ οὐκ ἠπίσαντο ἐφ' ἵππων ὀχεῖσθαι, ἀλλὰ μόνον [7] ἅρμασιν ἐχρῶντο. οὕτω δὲ [8] ἀναβαίνοντες

1 Post κεφαλῆς, Ox. α. & Arun. addunt, ταύτην δὲ ἀνδρός.

2 Ἀδύνατον πεπ. Ox. α. ἐν ἀδυνάτοις Ox. γ. & Cantab. ut & Flor. & Gall. Vid. Salmuth. in Panc. p. 226.

3 Οὔτε γὰρ ἄλλως αἱ φύσεις σύμφωνοι — Ox. α — & Arun. pro τροφὴ, Apostolius legit μυστὴ — quod placet Pantino, & Tollio contra veteres codd. Vid. Galen de usu part. lib. 3°.

4 Καὶ νῦν ἂν ὑπῆρχε — Cant. ὑπ. ἄν. Flor. & Gal. Ox. α & β.

5 Ἦτις καὶ τ. Mox. ἰσίνοντο τὰ — &, τὸν καρπὸν — Ox. α. & β. — συνέρθεσαν Ox. & Arun. ἐσθειρον, Cant.

6 Εἴ τις ἀνέλοι — δώσειν χρ. πολλά. Ox. α, & β.

7 Μόνον αὐτοῖς ἐχρῶντο κατὰ τὰ ἅρματα. Ox. β. negat hoc Tzetzes in Chil. Virgilius & Plin. lib. 7. Lapithis tribuunt, quod hic Centauris.

8 Apostol. & codd. omnes, ἀναβάντες. mox, ἐν τῇ ἀγέλῃ — Apost. & Cantabr. Fl. & Gal.

Τῆς δὲ προνοίας τῶν θεῶν ἰδιόν ἐσι τὸ βούλεσθαι δικαίως τοὺς ἀνθρώπους βιοῦν· καὶ τοῦτό φησιν ὁ ποιητὴς ἐναργέσατα, Οὐ γὰρ σχέτλια ἔργα θεοὶ μάκαρες φιλέουσιν, Ἀλλὰ δίκην τίουσι, καὶ αἴσιμα ἕργ' ἀνθρώπων. καὶ, Ζεὺς ὅτε δή τ' ἄνδρεσσι κοτεσσάμενος χαλεπήνῃ Οἵ βίῃ εἰν ἀγορῇ σκολιὰς κρίνωσι θέμισας. ὡς περ γὰρ τοὺς θεοὺς προνοουμένους τῶν ἀνθρώπων εἰσάγει, οὕτω καὶ τοὺς ἀνθρώπους μεμνημένους αὐτῶν ἐν πάσῃ τύχῃ. καὶ ὁ μὲν ἐυημερῶν σρατηγὸς φησὶν, Ἔλπομαι, ἐυχόμενος διί τ' ἄλλοισί τε θεοῖσιν,

Divinæ autem providentiæ peculiare eſt, velle ut homines juſtè vivant. Atque iſtud Poëta clariſſimè inquit, Improba facta hominum ſuperi averſantur, honeſtos Eximioſque viros pretio dignantur habere. Et, Indignatur iis Saturnius, eſtque nocivus, Qui violenter agunt, jus figunt atque refigunt. Porrò quemadmodum Deos hominibus proſpicientes, ita & homines iſtorum memores in quavis fortuna, inducit. Atque dux quidem proſperè agens, inquit, Spes me magna tenet, votumque Jovi, ſupe-

Ἐξε-

risque Cunctis nunc facio, pepulêre quod inde canes mi. Periclitans vero, Jupiter at rogito, servabis ab aëre Græcos. Et rursus is, qui interfecerat, Quandoquidem hunc hominem domuit virtute deorum. Moriens vero, Fare age, ne quid ego divorum numina lædam. Unde igitur potius illud Stoicorum placitum, quàm ex prædictis ortum habet?

Denique unum esse mundum, atque in eo & deos & homines (qui naturâ justitiæ participes sint) rempublicam simul administrare. Etenim quando inquit, Diva Themis superos jussu Jovis ante coëgit, Cur tu rursus eos cogis, qui fulmine splendes? Nunquid sollicitus de Teucris, nunquid Achivis? Quid aliud innuit, quàm quod mundus civilibus legibus administretur? atque dii præconsultent, præsidente & deorum & hominum satore.

Cæterùm opinionem de fato, in illis ostendit perspicuè, Fata sua effugiet non quisquam, sive sit ille Strenuus, ignavus, quum lucem aspexerit almam. At inter alia, in quibus fati potentiam confirmat, ipse quoque arbitratur (sicut & probatissimi philosophorum qui post eum viguerunt, Plato, Aristoteles, ac Theophrastus) non omnia fato evenire, sed aliquid etiam in hominibus esse situm, ut quibus libera sit vo-

Ἐξελάαν ἐνθένδε κύνας κηρεσιφορήτους· ὁ δὲ κινδυνεύων, Ζεῦ πάτερ, ἀλλὰ σὺ ῥῦσαι ὑπ' ἠέρος ὖιας ἀχαιῶν. καὶ πάλιν, ὁ μὲν κτείνας, —ἐπειδὴ τὸν ἄνδρα θεοὶ δαμάσασθαι ἔδωκαν· ὁ δὲ θνήσκων, φράζεο νῦν μή τοι τε θεῶν μήνιμα γένωμαι. πόθεν οὖν ἄλλοθεν ἢ ἐκ τῶν εἰρημένων ἐστὶ τὸ δόγμα ἐκεῖνο τῶν στωϊκῶν;

Τὸ δὲ ἕνα μὲν εἶναι τὸν κόσμον, συμπολιτεύεσθαι δὲ ἐν αὐτῷ θεοὺς καὶ ἀνθρώπους δικαιοσύνης μετέχοντας φύσει. καὶ γὰρ ὅταν εἴπῃ, Ζεὺς δὲ θέμις ἐκέλευσε θεοὺς ἀγορήνδε καλέσσαι. Τίπτ' αὖτ' ἀργικέραυνε θεοὺς ἀγορήνδ' ἐκάλεσσας; Ἦ τι περὶ τρώων καὶ ἀχαιῶν μερμηρίζεις; τί ἄλλο ὑποδείκνυσιν, ἢ ὅτι νόμῳ πόλεως ὁ κόσμος διοικεῖται; καὶ προβουλεύονται οἱ θεοὶ ἐξάρχοντος τοῦ θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων πατρός.

Τὴν δὲ περὶ τῆς εἱμαρμένης δόξαν δείκνυσιν ἐν ἐκείνοις σαφῶς, Μοῖραν δ' οὔ τινά φημι πεφυγμένον ἔμμεναι ἀνδρῶν, Οὐ κακὸν, οὐδὲ μὲν ἐσθλὸν, ἐπὴν τὰ πρῶτα γένηται. καὶ ἐν οἷς ἄλλοις κρατύνει τὴν δύναμιν τῆς εἱμαρμένης. ἡγεῖται μέν τοι καὶ αὐτὸς, ὥσπερ καὶ μετ' αὐτὸν οἱ δοκιμώτατοι τῶν φιλοσόφων, πλάτων καὶ ἀριστοτέλης καὶ θεόφρασος, οὐ πάντα καθ' εἱμαρμένην γίνεσθαι, ἀλλά τι καὶ ἐπὶ τοῖς ἀνθρώποις εἶναι, ὧν ὑπάρ-

χειν μὲν τὸ ἑκούσιον. τούτῳ δέ πως συνάπτειν τὸ κατηναγκασμένον, ὅταν τὶς πράξας ὃ βούλεται, εἰς ὃ μὴ βούλεται ἐμπέσῃ. καὶ ταῦτα σαφῶς ἐν πολλοῖς δεδήλωκεν. ὡς τε καὶ ἐν ταῖς ἀρχαῖς ἑκατέρας τῆς ποιήσεως, ἐν μὲν τῇ ἰλιάδι λέγων τὴν ὀργὴν τοῦ ἀχιλλέως αἰτίαν τῆς ἀπωλείας τῶν ἑλλήνων γενέσθαι, καὶ τότε τὴν διὸς βούλησιν ἐκτελεσθῆναι· ἐν δὲ τῇ ὀδυσσείᾳ, τοὺς ἑταίρους τοῦ ὀδυσσέως διὰ τὴν αὐτῶν ἀβουλίαν ὀλέθρῳ περιπεσεῖν. ἐξήμαρτον γὰρ ἅψάμενοι τῶν ἱερῶν τοῦ ἡλίου βοῶν, ἐξὸν ἀποσχέσθαι αὐτῶν. καὶ γὰρ ἦν προειρημένον, Τὰς εἰ μέν κ' ἀσινέας ἐάσῃς, νόστου δὲ μέδηαι, Καί κεν ἔτ' εἰς ἰθάκην κακά περ πάσχοντες ἵκοισθε· Εἰ δέ κε σίνηαι, τότε τοι τεκμαίρομ' ὄλεθρον. οὕτως τὸ μὲν μὴ ἀδικῆσαι, ἐπ' αὐτοῖς· τὸ δὲ ἀδικήσαντας ἀπολέσθαι, ἐκ τῆς εἱμαρμένης ἀκόλουθον ἦν.

luntas. Huic autem neceſſitatem quodammodo conjungi, dum aliquis hoc quod cupit, agens, in id quod non vult, incidit. Atque hæc perſpicuè in multis declaravit, ut in utriuſque poëmatis exordio. In Iliade dicens, Achillis iram Grajis exitii cauſam fuiſſe, atque tum Jovis voluntatem completam eſſe. In Odyſſea verò, Ulyſſis ſocios propter temeritatem in perniciem incidiſſe. Deliquerant enim, dum ſacras Phœbi boves attigerant, quando ab eis abſtinere licuiſſet. Ad hunc enim modum prædictum erat, Has modo ſi vaccas dimiſeris ire quietè, Felicem reditum, quamvis jactatus, habebis, Lædere ſi tentes, facies impunè nec illud. Sic non violare, in ipſis ſitum, perire autem quum violaſſent, ex fato conſequens erat.

Ἔνεσι δὲ καὶ τὸ ἄλλως συμβαῖνον ἐκ προνοίας διαφυγεῖν. ὅπερ ἐν τούτῳ παρίσησιν, Ἔνθα δὲ καὶ δύσμορος ὑπὲρ μόρον ὤλετ' ὀδυσσεύς, Εἰ μὴ ἐπὶ φρεσὶ θῆκε θεὰ γλαυκῶπις ἀθήνη. Ἀμφοτέρῃσι δὲ χερσὶν ἐπεσσύμενος λάβε πέτρης, Τῆς ἔχετο σεναχων, εἷως μέγα κῦμα παρῆλθεν. ἐνταῦθα γὰρ ἐκ τοῦ ἐναντίου κινδυνεύων ὑπὸ τύχης ἀπολέσθαι, ἐκ προνοίας ἐσώθη.

Poſſumus autem & alio modo fortuita evitare per providentiam, id quod in hoc prætendit, Hic Laërtiades præter fatum periiſſet, Cæſia ni Pallas dea ſuggeſſiſſet, utraque Palma corriperet ſaxum cupidè, idque teneret, Donec ſpumoſum, tumidumque quieſceret æquor. Iſthic enim è contrario periclitans, quantum ad fortunam, interierat, per providentiam autem ſervatus eſt.

Καθά

Quemadmodum vero de divinis rebus multi & varii sermones sunt apud Philosophos, qui pleraſque suorum decretorum occasiones ex Homero acceperunt, sic & de humanis rebus. Primùm autem de anima tradere conabimur. Inter placita sanè Pythagoræ & Platonis, celeberrimum est, quod sentiunt animam immortalem esse, cui & alas Plato rationem attribuit. Quis ergo istud primus decrevit? Homerus, qui inter alia & hæc dicit, Ast anima ex membris volitat Plutonis in ædeis. In obscurum inquam, & inconspicuum locum, sive quis hunc aëreum, sive subterraneum existimet. Atque in Iliade quidem Patrocli animam dormienti Achilli assistere fingit, Umbra Menœtiadæ visa est mihi adesse miselli. Sermocinationem quoque ei affingit, in qua inter alia hoc dicit, Me prohibent alii manes transmittere flumen. In Odyssea vero quid aliud in omnibus funeribus demonstrat, quàm quod animæ post mortem superstites sint, & quum de sanguine biberint, loquantur? Norat enim quod sanguis, pastus & cibus sit spiritus, Spiritus vero ipsa anima, seu animæ vehiculum.

Καθάπερ δὲ περὶ τῶν θείων πολλοὶ καὶ ποικίλοι παρὰ τοῖς Φιλοσόφοις, τὰς πλείσας ἀφορμὰς ἐξ ὁμήρου λαβοῦσιν, οὕτω καὶ περὶ τῶν ἀνθρωπείων πραγμάτων, ὧν πρῶτον περὶ τῆς ψυχῆς πειρασώμεθα. τὸ μὲν δὴ τῶν δογμάτων, πυθαγόρου καὶ πλάτωνος, γενναιότατόν ἐσι, τὸ εἶναι τὴν ψυχὴν ἀθάνατον, ᾗ καὶ πτερὰ τῷ λόγῳ προστίθησιν ὁ πλάτων. τίς οὖν τοῦτο πρῶτον ἀνεφώνησεν; ὅμηρος, εἰπὼν ἄλλά τε, καὶ ταῦτα, Ψυχὴ δ' ἐκ ῥεθέων πταμένη, ἀϊδόσ δε βεβήκει, εἰς τὸν ἀειδῆ καὶ ἀόρατον, εἴτε ἀέρα θείη τις, εἴτε ὑπόγειον τόπον. καὶ ἐν μὲν τῇ ἰλιάδι, ποιῶν τὴν τοῦ πατρόκλου ψυχὴν ἐφισαμένην κοιμωμένῳ τῷ ἀχιλλεῖ, Ἦλθε δ' ἐπὶ ψυχὴ πατροκλῆος δειλοῖο· καὶ λόγους αὐτῷ περιτίθησιν, ἐν οἷς καὶ τοῦτο λέγει, Τῆλέ με εἴργουσι ψυχαὶ, εἴδωλα καμόντων. ἐν δὲ τῇ ὀδυσσείᾳ, δι' ὅλης τῆς νεκυίας τί ἄλλο ἢ τὰς ψυχὰς δείκνυσι μετὰ θάνατον διαμενούσας, καὶ φθεγγομένας ἅμα τῷ πιεῖν τοῦ αἵματος; καὶ γὰρ τοῦτο ᾔδει, ὅτι τὸ αἷμα νομὴ καὶ τροφή ἐσι τοῦ πνεύματος· τὸ δὲ πνεῦμα, ἔσιν αὐτὴ ἡ ψυχὴ, ἢ ὄχημα τῆς ψυχῆς.

Evidentissimè autem & illud ostendit, quod existimet hominem nihil aliud esse, quàm animum, in quibus ait, Fire-

Ἐναργέσατα δὲ κἀκεῖνο ἀπέφηνεν, ὅτι τὸν ἄνθρωπον οὐδὲν ἄλλο ἢ τὴν ψυχὴν νομίζει. ἐν οἷς λέγει, Ἦλθε δ' ἐπὶ ψυχὴ θη-

βαίου τειρεσίαο, Χρύσεον σκῆπτρον ἔχων. ἐπίτηδες γὰρ ἀπὸ τοῦ τῆς ψυχῆς ὀνόματος εἰς τὸ ἄρρενικὸν μετέβαλεν, ἵνα δείξῃ ὅτι ἡ ψυχὴ ἦν ὁ τειρεσίας. καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς πάλιν, Τόνδε μέτ', εἰσενόησα βίην ἡρακληείην Εἴδωλον· αὐτὸς δὲ μετ' ἀθανάτοισι. καὶ γὰρ ἐν τούτοις πάλιν ἐδήλωσεν, ὅτι τὸ μὲν εἴδωλον, ὅπερ ἦν ἀποπεταμένον τοῦ σώματος, οὐκέτι τῆς ἐκείνου ὕλης ἐφελκόμενον ἐφαντάζετο· τὸ δὲ καθαρώτατον τῆς ψυχῆς ἀπελθὸν, αὐτὸς ἦν ὁ ἡρακλῆς.

Ὅθεν κἀκεῖνο δοκεῖ τοῖς φιλοσόφοις, τὸ εἶναι τὸ σῶμα τρόπον τινὰ τῆς ψυχῆς δεσμωτήριον. καὶ τοῦτο δὲ ὅμηρος πρῶτος ἐδήλωσε. τὸ μὲν γὰρ τῶν ζώντων, ἀεὶ δέμας προσαγορεύει, ὡς ἐν τούτοις, Οὐ δέμας, οὐδὲ φυήν. καὶ, — δέμας δ' ἴκτο γυναικί. καὶ, Ἤτοι ἐμὴν ἀρετὴν, εἶδός τε δέμας τε. τὸ δὲ ἀποβεβληκὸς τὴν ψυχὴν, οὐδὲν ἄλλο ἢ σῶμα καλεῖ. ὡς ἐν τούτοις, Σῶμα δὲ οἴκαδ' ἐμὸν δόμεναι πάλιν. καὶ Σώματ' ἀκηδέα κεῖται ἐνὶ μεγάροις ὀδυσῆος. καὶ, Σῶμα γὰρ ἐν κίρκης μεγάρῳ κατελείπομεν ἡμεῖς. τὸ γὰρ αὐτὸ, ζῶντος μὲν τοῦ ἀνθρώπου, δεσμὸς ἦν τῆς ψυχῆς· τελευτήσαντος δὲ, ὡσπερεὶ σῆμα καταλείπεται.

Τούτῳ δὲ ἕπεται καὶ ἕτερον δόγμα τοῦ πυθαγόρου, τὸ μεταβαίνειν τὰς ψυχὰς τῶν τελευτησάντων

fiæ Thebani animus deîn venerat ad me, Aurea ſceptra tenens. De induſtria namque fœmininum animæ nomen, in maſculinum ἔχων, id eſt habens, commutavit, ut oſtenderet, quod Tireſias eſſet animus. Atque in ſequentibus rurſus, Poſt hunc Amphitryoniadæ adverti ſimulacrum, ipſus enim ſuperis agitat convivia læta. Etenim in his rurſus declaravit, ſimulacrum quod è corpore evolaſſet, non amplius ex illius materia attrahere adparére; puriſſimamque animæ partem quæ exceſſiſſet, ipſum fuiſſe Herculem.

Unde & illud philoſophis videtur, quod corpus animæ quodammodo ergaſtulum ſit. Atque hoc Homerus primus explicuit. Siquidem corpus viventium ſubinde δέμας, (quod à vinciendo nomen habet) nuncupat. Ut in iſtis, Non vinculum, neque naturam. Et, Vinculum autem ſimile erat mulieri. Et, Virtutemque meam, ſpeciemque & vincula noſtra. Cæterum id, quod animam exuit, non aliter quàm σῶμα, id eſt corpus, appellat, ut in his, σῶμα meum Priamo reddas, Hecubæque parenti. Et, Inſepulta jacent σώματα in Ulyſſis ædibus. Ædibus in Circes nos σῶμα reliquimus omnes. Idem namque corpus dum viveret homo, animæ vinculum erat, eo autem defuncto, perinde ut monumentum relinquitur.

Huic verò & aliud Pythagoræ dogma conſentaneum eſt,

σάντων

quod ſcilicet defunctorum animæ in alias corporum ſpecies tranſeant. Id quod nec Homerum latuit. Dum enim Hectorem, Antilochum, & Achillem equis colloquentem (imò non tantum colloqui, ſed etiam auſcultare) denique Ulyſſem prius à cane, quàm ab hominibus, adeoque familiaribus agnitum finxit, quid aliud quàm rationis commercium, & animæ cognationem inter homines, ac reliqua animantia inſinuat? Ad hæc qui Solis vaccas devoraverant, & ſibi exitium accerſiverant, argumento ſunt, quod non tantum boves, verumetiam reliqua animantia (quippè eandem vivendi naturam habentia) à Diis in precio habeantur.

σάντων εἰς ἕτερα σωμάτων εἴδη. ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο τῆς ὁμήρου διανοίας ἐκτὸς ἐσιν. ὁ γὰρ ποιήσας τὸν ἕκτορα τοῖς ἵπποις διαλεγόμενον, καὶ τὸν ἀντίλοχον, καὶ αὐτὸν τὸν ἀχιλλέα, καὶ μὴ ὅτι διαλεγόμενον, ἀλλὰ καὶ ἀκούοντα, καὶ τὸν κύνα πρὸ τῶν ἀνθρώπων, καὶ τῶν οἰκείων ἐπιγινώσκοντα τὸν ὀδυσσέα, τί ἄλλο ἢ τὴν κοινωνίαν τοῦ λόγου, καὶ συγγένειαν τῆς ψυχῆς τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν ἄλλων ζώων παρίσησι; καὶ οἱ τὰς βοῦς τοῦ ἡλίου καταφαγόντες, καὶ ἐκ τούτων ὀλέθρῳ περιπεσόντες, ἐλέγχουσιν ὅτι οὐ μόνον βόες, ἀλλὰ καὶ πάντα τὰ ἄλλα ζῶα, ὡς τῆς αὐτῆς φύσεως ζωτικῆς μετέχοντα, τιμᾶται ὑπὸ τῶν θεῶν.

Mutatio autem ſociorum Ulyſſis in ſues, & ejuſmodi animalia, ſub verborum involucro ſignificat, quod imprudentium hominum animæ, in belluinorum corporum ſpecies mutentur, quum in univerſi orbicularem circumferentiam (quam Circen appellat) inciderint. Unde & meritò filiam Solis in Ææa inſula habitantem ponit, atque hanc ex eo ſic nuncupat, quod homines mortis cauſa lamententur, ac lugeant. At ille ipſe prudens vir Ulyſſes, iſtiuſmodi mutationem non eſt paſſus, quod à Mercurio, id eſt ratione, immutabilitatem ſumpſiſſet. Is autem ipſe etiam ad

Καὶ τὸ μεταβάλλειν δὲ τοὺς ἑταίρους τοῦ ὀδυσσέως εἰς σύας, καὶ τοιαῦτα ζῶα, τοῦτο αἰνίττεται, ὅτι τῶν ἀφρόνων ἀνθρώπων αἱ ψυχαὶ μεταλλάττουσιν εἰς εἴδη σωμάτων θηριωδῶν, ἐμπεσοῦσαι εἰς τὴν τοῦ παντὸς ἐγκύκλιον περιφοράν, ἣν κίρκην προσαγορεύει. καὶ κατὰ τὸ εἰκὸς ἡλίου παῖδα ὑποτίθεται, οἰκοῦσαν ἐν τῇ αἰαίῃ νήσῳ. ταύτην δὲ ἀπὸ τοῦ αἰάζειν, καὶ ὀδύρεσθαι τοὺς ἀνθρώπους ἐπὶ τοῖς θανάτοις, κέκληκεν. Ὁ δὲ ἔμφρων ἀνὴρ αὐτὸς ὁ ὀδυσσεὺς οὐκ ἔπαθε τὴν τοιαύτην μεταβολήν, παρὰ τοῦ ἑρμοῦ (τουτέστι τοῦ λόγου) τὸ ἀπαθὲς λαβών. αὐτὸς

δὲ οὗτος καὶ εἰς ᾅδου κάτεισιν, ὥσπερεὶ καὶ λέγων χωρίζειν τὴν ψυχὴν ἀπὸ τοῦ σώματος· καὶ θεατὴς ψυχῶν τῶν τε ἀγαθῶν καὶ φαύλων γιγνόμενος.

inferos commeat, ut esset qui diceret, animam à corpore separari, ideoque animarum cum bonarum, tum pravarum spectator fit.

Αὐτὴν δὲ τὴν ψυχὴν οἱ στωϊκοὶ ὁρίζονται πνεῦμα συμφυὲς, καὶ ἀναθυμίασιν αἰσθητικὴν, ἀναπτομένην ἀπὸ τῶν ἐν σώματι ὑγρῶν, ὁμήρῳ ἀκολουθήσαντες, λέγοντι, --- εἰσόκ' ἀὐτμὴ Ἐν στήθεσσι μένῃ. καὶ πάλιν, -- ψυχὴ δὲ κατὰ χθονὸς ἠΰτε καπνός. ἐν οἷς τὸ μὲν ζωτικὸν πνεῦμα, ἅτε ἔνικμον, ἀντιδίδοῖ· τὸ δὲ κατασβεννύμενον ἤδη, καπνῷ ἀπεικάζει. καὶ αὐτῷ δὲ τῷ τοῦ πνεύματος ὀνόματι κέχρηται ἐπ' αὐτῆς, ὡς εἰπὼν, ἔμπνευσε μένος μέγα ποιμένι λαῶν. καὶ, Θυμὸν ἀποπνείων. καὶ, Ἡ δ' ἐπεὶ οὖν ἄμπνυτο. καὶ ἐς φρένα θυμὸς ἀγέρθη· τουτέστι τὸ πνεῦμα διεσπαρμένον συνελέξατο. καὶ, Αὖθις δ' ἀμπνύνθη· παρα δὲ πνοιὴ Βορέαο, Ζώγρει ἐπιπνείουσα κακῶς κεκαφηότα θυμόν. τοῦ γὰρ λειποθυμοῦντος τὸ πνεῦμα ῥιπίσασα ἡ ἔξωθεν πνοὴ συμφυὴς οὖσα, ζῶντα αὐτὸν κατέστησε. συναίρεται δὲ τῷ λόγῳ, ὅτι καὶ ἐπὶ τοῦ ἐκτὸς πνεύματος τῷ τῆς ψυχῆς ὀνόματι κέχρηται, εἰπὼν, Ἦ καὶ εἰπεῖν ἀντιπνεύσασα.

Cæterum Stoici ipsam animam definientes, esse spiritum cognatum, & sensibilem exhalationem, quæ ex humani corporis humiditate emergat, Homeri vestigiis insistunt, cum inquit, Donec halitus in pectore manserit. Et rursus, Ast animus subter tellurem fumus erat ceu. In quibus vivacem spiritum veluti vigentem facit, eum autem qui jam extinguitur, fumo comparat. Atque illo ipso spiritus nomine pro anima usus est, Fatus ita, inspirat vim pastori populorum. Et, animam exspirans. Et, Respirans igitur, mentem in præcordia legit. Hoc est, spiritum distractum collegit. Et, Respirabat, ubi Boreæ flatus veniebat, Restituens animum, malè qui discesserat inde. Nam externus flatus affinis existens, suscitato ejus spiritu, qui animo defecerat, vitæ eum restituit. Nec ratione caret, quod etiam pro externo flatu, animæ nomenclatura usus est, dicens, Tranquillè admodum quando refrigerasset, nam dicere vult, quum respirare fecisset.

Πλάτων δὲ καὶ ἀριστοτέλης τὴν ψυχὴν ἀσώματον εἶναι ἐνόμισαν, μάλα ψύξασα· βούλεται γὰρ

Cæterum Plato & Aristoteles animam incorpoream esse

μισαν,

putaverunt, semper autem circa corpus versari, atque hoc tanquam vehiculo indigere, propterea quod etiam dum à corpore liberatur, sæpenumero veluti imaginem spiritualem ejus formæ induit, quæ corpori fuerat. Sic & Homerus nusquam in poësi deprehendetur, animæ corpus tribuere, sed hoc quod anima privatum est, semper isto nomine appellare, ut & in superioribus quibusdam meminimus.

μισαν, ἀεὶ δὲ περὶ σῶμα εἶναι, καὶ τούτου ὥσπερ ὀχήματος δεῖσθαι· διὸ καὶ, ἀπαλλασσομένην τοῦ σώματος, τὸ πνευματικὸν ἐφέλκεσθαι πολλάκις καθάπερ ἐκμαγεῖον, ἣν ἔσχε τῷ σώματι μορφὴν διαφυλάσσουσαν. οὕτως οὖν καὶ ὅμηρος οὐδαμοῦ τῆς ποιήσεως εὑρεθήσεται σῶμα τὴν ψυχὴν καλῶν, ἀλλὰ τὸ ἐξερημένον ψυχῆς ἀεὶ τούτῳ τῷ ὀνόματι προσαγορεύει, ὡς καί τινων ἐν τοῖς πρόσθεν ἐμνημονεύσαμεν.

Cum vero anima (ut & philosophis placet) duas potissimum partes habeat, unam rationalem, quæ capiti insidet, alteram irrationalem, cujus pars quidem animosa, in corde, cupiditas vero in præcordiis sedem habet: an non Homerus hujus rei discrimen videbat, quando in Achille rationem cum iracundia pugnantem finxit, ac in eodem momento deliberantem, num se de eo, qui ipsum tristitia affecerat, ulcisceretur, an iram sedaret? Hactenus hæc animo volvens, ac mente volutans. Hoc est prudentiam, & ei oppositam furibundam iram, quam à prudentia superari finxit. hoc namque ei Minervæ apparitio vult. Præterea etiam in aliis iracundiam per rationem admoneri finxit, atque hanc ceu principem subditæ imperare. Sustine, namque prius mala multa & sæva

Τῆς δὲ ψυχῆς ἐχούσης, ὡς καὶ τοῖς φιλοσόφοις δοκεῖ, τὸ μὲν, λογικὸν, ἐνιδρυμένον τῇ κεφαλῇ, τὸ δὲ, ἄλογον. καὶ τούτου, τὸ μὲν, θυμικὸν, ἐνοικοῦν τῇ καρδίᾳ· τὸ δὲ, ἐπιθυμητικὸν, ἐν τοῖς περὶ τὴν γαστέρα· ἆρ' οὖν οὐ πρότερος ὅμηρος εἶδε τὴν τούτου διαφοράν, ὃς ἐποίησεν, ἐπὶ μὲν τοῦ ἀχιλλέως, τὸν λογισμὸν τῷ θυμῷ μαχόμενον, καὶ ἐν τῇ αὐτῇ ῥοπῇ διανοούμενον ἢ ἀμύνεσθαι τὸν λελυπηκότα, ἢ παῦσαι τὸν χόλον; Ἕως ὁ ταῦθ' ὥρμαινε κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμόν. τουτέστι τὴν φρόνησιν, καὶ τὴν ἀντικειμένην αὐτῷ θυμικὴν ὀργὴν, ἧς τὴν φρόνησιν ἐπικρατοῦσαν πεποίηκε. τοῦτο γὰρ αὐτῷ ἡ ἐπιφάνεια τῆς ἀθηνᾶς βούλεται. καὶ ἐν ἄλλοις δὲ ποιεῖ τὸν λογισμὸν τῷ θυμῷ παραινοῦντα, καὶ ὥσπερ ἄρχοντα τῷ ὑποτεταγμένῳ κελεύοντα, Τέτλαθι δὴ

κραδίη, καὶ κύντερον ἄλλό ποτ' ἔτλης. καὶ πολλάκις μὲν τῷ λογισμῷ πείθεται τὸ θυμούμενον, ὡς ἐν τούτοις, Ὡς ἔφατ', ἐν στήθεσσι καθαπτόμενος φίλον ἦτορ· Τῷ δ' αὖτ' ἐν πείσῃ κραδίη μένε τετληκυῖα. ὁμοίως δὲ καὶ τὸ λυπούμενον, Ἀλλα᾽ τα᾽ μὲν προτετύχθαι ἐάσομεν, ἀχνύμενοί περ, Θυμὸν ἐνὶ στήθεσσι φίλον δαμάσαντες ἀνάγκῃ. ἐνίοτε δὲ περιγενόμενον τὸν θυμὸν τοῦ λογισμοῦ παρίσησιν. ὅπερ οὐκ ἐπαινῶν, ἀλλα᾽ ψέγων φανερός ἐστιν· ὡς ὁ νέστωρ τῷ ἀγαμέμνονι τὴν εἰς τὸν ἀχιλλέα ὕβριν ὀνειδίζων, φησὶν, Οὔτι καθ' ἡμέτερόν γε νόον· μάλα γάρ τοι ἔγωγε Πόλλ' ἀπεμυθεόμην· σὺ δὲ σῷ μεγαλήτορι θυμῷ Εἶξας, ἄνδρα φέριστον, ὃν ἀθάνατοί περ ἔτισαν, Ἠτίμησας. ὅμοια δὲ τούτοις καὶ ὁ ἀχιλλεὺς πρὸς τὸν αἴαντα λέγει, Πάντα τί μοι κατα᾽ θυμὸν ἐείσαο μυθήσασθαι· Ἀλλά μοι οἰδάνεται κραδίη χόλῳ, ὁππότ' ἐκείνου Μνήσομαι, ὅς μ' ἀσύφηλον ἐν ἀργείοισιν ἔρεξεν. οὕτω δὲ καὶ ὑπὸ φόβου ἔστιν ὅτε ὁ λογισμὸς ἐξίσαται· ὅπου ἕκτωρ μὲν διανοεῖται ὑποσῆναι τὴν πρὸς τὸν ἀχιλλέα μάχην, Βέλτερον αὖτ' ἔριδι ξυνελαυνέμεν· ὅττι τάχισα Εἴδομεν ὁπποτέρῳ κεν ὀλύμπιος εὖχος ὀρέξῃ. εἶτ' ἀναχωρεῖ πλησίον γενομένου τοῦ ἀχιλλέως, Ἕκτορα δ' ὡς ἐνόησεν, ἕλε τρόμος. οὐδὲ γὰρ ἔτλη Αὖθι μένειν· ὀπίσω δὲ πύλας λίπε, βῆ δὲ φοβηθείς.

tulisti. Sæpe etiam iracundia rationi obsequitur, Fatus erat postquam, sua corda in pectore frenat, Factus erat rursus tolerans, & corde quietus. Similiter & ægritudo, Hæc mala mittamus, quanquam sint tristia valdè, Pectoribus læti ponamus mente dolorem. Nonnunquam vero rationem ab iracundia superari ostendit, id quod non laudare, sed vituperare videtur, ut quum Nestor Agamemnoni contumeliam, qua Achillem affecerat, exprobrans inquit, Consilio nostro nequaquam, namque ego multis Dissuasi, sed tu genio indulgere superbo Malebas, fortemque virum contemnere, magno Qui superis pretio fuerat, summoque in honore. His autem similia Achilles quoque Ajaci loquitur, Omnia vera quidem dixisti, proque decoro, At cor bile tumet, quando hujus cunque recordor, Qui me præ cunctis nihili modo fecit Achivis. Sic etiam est, quando præ timore ratio obstupefit, ut cum Hector secum deliberat, an cum Achille congressurus sit, Est satius multò ut Pelidæ congrediamur, Et videamus utrum faciat victoria clarum. Deinde secedens, ubi Achilles propius accesserat, Hectora, cum sensit, rapuit metus, ut fugeret mox, Linqueret ut post se portas, & mœnia Troiæ.

Ἔστι

Manifeſtum vero & illud eſt, quod animi perturbationes circa cor conſtituat, iram quidem ad hunc modum, Cor autem ei intus latrabat. Ægritudinem verò, Lugens, atque dolens, laceras cur pectora chara? Metum vero, Excideratque mihi cor charo pectore lugens. Subtus namque tremunt mihi membra celebria quondam. Porrò qua ratione metum, eâdem & audaciam juxta cor eſſe declarat, Indeſinens cor habet, Martem decernere ferro. Cæterum quando inter prædicta, Stoicis videtur, rationem tanquam principem in corde, cupiditatem vero circa præcordia eſſe ſitam, Homerus id cum in aliis multis, tum in his perſpicuum facit, Sed me venter ſtimulat maleficus. Et, Nondum avidum ventrem licet occultare volenti.

Præterea & cauſas eorum, quæ penes animoſam animæ partem ſunt, & à natura contingunt, pervidit. Quippe iram ex ægritudine naſci, & ſanguinis ac ſpiritus (qui in eo eſt) fervorem quendam eſſe demonſtrat, ut, Ægre ferens adeò, ut præcordia ſanguine plena, Utque micent oculi ſubitò velut ignea lampas. Pro ſpiritu namque μένος, id eſt, iram ponere videtur, eumque in iraſcentibus naſci & incendi exiſtimat. Porrò quum is rurſus in metuentibus perturbatur ac refrigeratur, horrorem, tre-

Ἔστι δὲ καὶ ἐκεῖνο δῆλον, ὅτι τὰ πάθη περὶ τὴν καρδίαν συνίστησιν· ὀργὴν μὲν, οὕτως, — κραδίη δέ οἱ ἔνδον ὑλάκτει. λύπην δὲ, — τέο μέχρις ὀδυρόμενος, καὶ ἀχεύων Σὴν ἔδεαι κραδίην. τὸν δὲ φόβον, — κραδίη δέ μοι ἔξω Στηθέων ἐκθρώσκει· τρομέει δ' ὑπὸ φαίδιμα γυῖα. κατὰ τὸν αὐτὸν δὲ λόγον, ὡς περ τὸν φόβον, οὕτω καὶ θάρσος περὶ καρδίαν ἀποφαίνει, — ἐν δὲ σθένος ὦρσεν ἑκάστου Καρδίῃ ἄληκτον πολεμίζειν ἠδὲ μάχεσθαι. ἐκ δὲ τῶν εἰρημένων ἔδοξε τοῖς σωϊκοῖς τὸ ἡγεμονικὸν εἶναι περὶ καρδίαν. τὸ δὲ ἐπιθυμητικὸν ὅπως περὶ γαστέρα, ἐν πολλοῖς διασαφεῖ, καὶ ἐν τούτοις, — ἀλλά με γαστὴρ Ὀτρύνει κακοεργός. καὶ, Γαστέρα δ' οὔπως ἐστὶν ἀποκρύψαι μεμαυῖαν.

Καὶ τὰς αἰτίας δὲ τῶν περὶ τὸ θυμικὸν μέρος τῆς ψυχῆς, φύσεις συμβαινούσας κατεῖδε. τὴν μὲν ὀργὴν, ὑπὸ λύπης ἐγγινομένην, ζέσιν δέ τινα τοῦ αἵματος, καὶ τοῦ ἐν αὐτῷ πνεύματος οὖσαν ἐμφαίνων, ὡς ἐν τούτοις, Ἀχνύμενος· μένεος δὲ μέγα φρένες ἀμφιμέλαιναι Πίμπλαντ'· ὅσσε δὲ οἱ πυρὶ λαμπετόωντι ἐίκτην. μένος γὰρ τὸ πνεῦμα προσαγορεύειν ἔοικε, τοῦτο δὲ ἐγγίγνεσθαι, καὶ φλέγεσθαι ἐπὶ τῶν θυμουμένων οἴεται. πάλιν δὲ αὖ τὸ τῶν φοβουμένων πνεῦμα συγχεόμενον καὶ καταψυχόμενον,

τὰς

τὰς φρίκας καὶ τοὺς τρόμους ποιεῖ, καὶ τὰς ὠχριάσεις ἐν τοῖς σώμασι. πάντα γὰρ ταῦτα συμβαίνει ὑπὸ ψύξεως· ἡ μὲν ὠχρότης, ὅτι τοῦ θερμοῦ συντρέχοντος εἰς τὰ μέσα, τὸ ἔρευθος ἀπολείπει τὴν ἐπιφάνειαν· ὁ δὲ τρόμος, ὅτι ἐντὸς συνειλούμενον τὸ πνεῦμα ἀράσσει τὸ σῶμα· ἡ δὲ φρίκη, ὅτι πηγνυμένου τοῦ ὑγροῦ, αἱ τρίχες πιεζόμεναι ἀνίσανται. πάντα οὖν ταῦτα σαφῶς σημαίνει Ὅμηρος. φησὶ γὰρ τὸ, χλωροὶ ὑπαὶ δείους. καὶ, χλωρὸν δέος ἦρει. καὶ, τρομέει ὑπὸ φαίδιμα γυῖα. καὶ, Ὡς φάτο. σὺν δὲ γέροντι νόος χύτο. δείδιε δ' αἰνῶς· Ὀρθαὶ δὲ τρίχες ἔσαν ἐνὶ γναμπτοῖσι μέλεσσι. κατὰ ταῦτα οὖν καὶ τὸ ἐφοβήθη, ῥίγησε λέγει, καὶ τὸν φόβον κρυόεντα προσαγορεύει· ἐκ δὲ τοῦ ἐναντίου, θαλπωρὴν τὸ θάρσος, καὶ τὴν ἀγαθὴν ἐλπίδα. τὰ μὲν οὖν φαῦλα πάθη τοῦτον διαιρεῖται τὸν τρόπον. πάλιν δὲ τῶν περὶ Ἀριστοτέλην αἰσεῖα πάθη ἡγουμένων τὴν νέμεσιν, καὶ τὸν ἔλεον, (τὸ γὰρ τοὺς ἀγαθοὺς δάκνεσθαι ἐπὶ τοῖς πλησίον, εἰ παρ' ἀξίαν εὐτυχοῦσι, νέμεσις καλεῖται· τὸ δὲ λυπεῖσθαι, εἰ παρ' ἀξίαν δυστυχοῦσιν ἔλεος λέγεται) ταῦτα καὶ Ὅμηρος προσήκειν τοῖς ἀγαθοῖς νομίζει, ὅπου καὶ τῷ διὶ ἀνατίθησιν αὐτά. ποιεῖ γὰρ ἄλλα τε καὶ ταῦτα, Αἴαντος δ' ἀλέεινε

morem, & palliditatem in corporibus generat, ſiquidem omnia iſta ex frigore oriuntur. Ac pallor quidem, quando calor in media ſe confert, ac rubor ſuperficiem deſerit. Tremor verò, quia dum ſpiritus intus conſtringitur, corpus tremefacit. Horror, quia concreſcente humore, pili dum premuntur, rigeſcunt. Omnia igitur iſtæc Homerus clarè innuit, cum inquit, Pallidi præ metu. Et, Pallidus metus corripiebat. Et, Membra tremunt mihi, fortia, claraque quondam. Et, Sic fatus, ſimulatque ſeni mens fuſa timore Obſtupuit, ſteteruntque comæ, & vix membra levabat. Ad eum igitur modum & protimuit, friguit ait, & metum gelidum appellat. Contra autem pro audacia, & bona ſpe, confidentiam, quæ Græcis à calefaciendo, ſeu fervendo dicitur, uſurpat. Atque ad hunc modum vitioſos affectus diſcernit. Cæterum quum Ariſtoteles poſtea indignationem, ac miſericordiam pro elegantibus affectibus habeat (dum namque boni viri uruntur, quando alios præter meritum feliciter agere vident, indignatio vocatur, dum autem illis dolet, ſi quis præter dignitatem infeliciter agat, miſericordia dicitur,) Homerus quoque iſtæc ex bonorum virorum officio eſſe putat, ubi cum hæc, tum alia fingens Jovi attribuit, At Te-

νε

lamone fato pugnam detrectat inire, Jupiter, hocque facit, ſuperetur quo minus iſte. Et in aliis, Hunc miſeratur item fugientem mœnia circum.

Porrò quidnam Poëta de animi virtute & vitio ſentiat, in multis oſtendit. Cum enim una illius pars intelligens, & rationalis ſit, altera verò rationis expers, & affectui obnoxia, atque ob id homo medium quiddam inter Deum & belluam natus ſit, ſummam quidem virtutem, divinam, ſummum autem vitium, belluinum (ut & Ariſtoteles poſt eum) exiſtimat, atque hæc per ſimilitudines declarat. Semper enim bonos viros diis ſimiles, & conſilium Jove non indignum appellat. Inter malos vero, timidos fugacibus cervis, ovibus cuſtode carentibus, & leporibus fugientibus comparat. De iis autem, qui proclivè & incogitanter ira afficiuntur, ait, Pardi tanta fuit nunquam, non ira leonis, Apri, nonque capri fuit unquam pernitioſi, Dum furit, oſtentatque ſuum per pectora robur, Quanta tenet pueros Panthi, quibus haſta decora. Impotenter autem triſtantium luctus, luſciniæ querelis comparat, Involucres adimit quum pullos providus auceps. Quum igitur Stoici virtutem animi in tranquillitate ponunt, ea ſectari videntur, in quibus Homerus omnem affe-

νε μάχην τελαμωνιάδαο. Ζεὺς γάρ οἱ νεμεσᾶθ' ὅτ' ἀμείνονι φωτὶ μάχοιτο. καὶ ἐν ἄλλοις πάλιν οἰκτείρει τὸν αὐτὸν τρόπον, διωκόμενον περὶ τεῖχος.

Περὶ δὲ ἀρετῆς καὶ κακίας ψυχῆς ἣν ἔχει δόξαν ὁ ποιητὴς, ἐν πολλοῖς παρίσησιν. ἐπεὶ γὰρ τὸ μέν τι τῆς ψυχῆς, νοερὸν καὶ λογικόν ἐσι, τὸ δὲ, ἄλογον καὶ ἔμπαθὲς, καὶ διὰ τοῦτο μέσος θεοῦ καὶ θηρίου γέγονεν ἄνθρωπος, τὴν μὲν ἄκραν ἀρετὴν, θείαν ἡγεῖται, τὴν δὲ ἄκραν κακίαν, θηριωδίαν· ὡς ὕσερον ἀριςοτέλης ἐνόμισε. καὶ ταῦτα ἐμφανίζει ἐν ταῖς ὁμοιώσεσιν. ἀεὶ γὰρ τοὺς ἀγαθοὺς ὀνομάζει θεοειδεῖς, καὶ διὶ μῆτιν ἀτάλαντον. τῶν δὲ φαύλων τοὺς μὲν δειλοὺς, φυζακινοῖς ἐλάφοισιν εἰκάζει, καὶ προβάτοις ἀσημάντοις, καὶ λαγωοῖς διωκομένοις· ἐπὶ δὲ τῶν προπετῶς καὶ ἀνοήτως ὑπὸ ὀργῆς φερομένων φησὶν, Οὔτ' οὖν παρδάλιος τόσσον μένος, οὔτε λέοντος, Οὔτε συὸς, κάπρου τ' ὀλοόφρονος, (οὔτε μάλισα Θυμὸς ἐνὶ σήθεσσι περὶ σθένει βλεμεαίνει) Ὅσσον πάνθου ὗιες ἐϋμμελίαι φρονέουσι. τοὺς δὲ λυπουμένων ἐμπαθέσερον ὀδυρμοὺς, ἀηδόνων φωναῖς ἀπεικάζει, --οἵσί τε τέκνα Ἀγρόται ἐξείλοντο, πάρος πετεηνὰ γενέσθαι. οἱ μὲν οὖν

σωϊκοὶ τὴν ἀρετὴν τίθενται ἐν τῇ ἀπαθείᾳ, ἐκείνοις ἑπόμενοι, ἐν

οἷς

οἷς πᾶν πάθημα ἀναιρεῖ, λέγων, περὶ μὲν λύπης, Ἀλλὰ χρὴ τὸν μὲν καταθάπτειν ὅς κε θάνῃσι, Νηλέα θυμὸν ἔχοντας, ἐπ' ἤματι δακρύσαντας. καὶ, Τίπτε δεδάκρυσαι πατρόκλεις ἠΰτε κούρη. περὶ δὲ ὀργῆς, Ὡς ἔρις ἐκ τε θεῶν, ἔκ τ' ἀνθρώπων ἀπόλοιτο. περὶ δὲ τοῦ φόβου, Μή τι φόβον δ' ἀγόρευε, ἐπεὶ οὐδέ σε πείσεμεν αἴω. καὶ, — ὅς δέ κεν ὑμέων Βλήμενος ἠὲ τυπεὶς θάνατον καὶ πότμον ἐπίσπῃ, Τεθνάτω. οὕτως καὶ προκαλούμενοι εἰς μονομαχίαν, ἀφόβως ὑπακούουσι, καὶ πλείους ἀνθ' ἑνὸς ἀνίστανται. καὶ ὁ τετρωμένος, οὐδὲν ἧσσον ἔχει τὸ θάρσος παραμένον, ὥς που φησὶ, Νῦν δέ μ' ἐπιγράψας ταρσὸν ποδὸς, εὔχεαι αὔτως. καὶ πᾶς ὁ γενναῖος ἀπεικάζεται λέοντι, ἢ κάπρῳ, ἢ χειμάῤῥῳ, ἢ λαίλαπι.

ctum tollit, ut quum de ægritudine ait, Quin ſepelitis eum, quem non revocare poteſtis Ex Erebo, quamvis lachrymas fundatis acerbas. Et, Cur lachrymare Patrocle miſer, ceu mœſta puella. De ira verò, Lis utinam ſublata foret nobis, ſuperiſque. De timore autem, Ne quid fare metu, ſi vis ſuadere potenter. Et, Ictus percuſſuſque, videns fatumque necemque, Magnanime occumbat ferro. Ad hunc modum & ii, qui ad ſingulare certamen provocabantur, intrepidè morem gerunt, imò plures pro uno aſſurgunt. Atque vulneratus haud minorem perſeverandi confidentiam habet, ut alibi inquit, Quid jactas quum planta pedis perſtricta ſit à te. Denique omnis generoſus comparatur leoni, apro, torrenti, aut turbini.

Οἱ δ' ἐκ τοῦ περιπάτου τὴν ἀπάθειαν ἀνέφικτον ἀνθρώπῳ νομίζουσι, τὴν δὲ μετριοπάθειαν εἰσάγοντες, τῷ τὴν ὑπερβολὴν τῶν παθῶν ἀναιρεῖν, μεσότητι τὴν ἀρετὴν ὁρίζονται. καὶ ὅμηρος ἀεὶ παράγει τοὺς ἀρίστους οὔτε ἀγενεῖς, οὔτε μὴν ἀφόβους, ἢ ἀλύπους παντελῶς, ἐν τῷ μὴ ἄγαν δὲ τοῖς πάθεσι κρατεῖσθαι, τῶν φαύλων διαφέροντας. φησὶ γὰρ, Τοῦ μὲν γάρ τε κακοῦ τρέπεται χρὼς ἄλλυδις ἄλλῃ, Οὐδέ οἱ ἀτρέμας ἧσθαι, ἐρητύετ' ἐν φρεσὶ θυμός· Ἐν δέ τέ οἱ κραδίη μεγάλα

Porro quum Peripatetici exiſtiment, homini impoſſibile, ut perturbationibus vacet, medioque quodam invento, virtutem mediocritate finiant, quæ illarum exceſſum tollat. Homerus etiam optimos quoſque, nec prorſus impotentes, nec intrepidos, nec dolore vacantes inducit, ut in hoc à malis differant, quod affectibus non nimium tenentur. Ait enim, Mutatur color ignavi, mens atque movetur Sede ſua, nutat, nec perſtat in ordine certo, Intus cor crepitat mul-

μεγάλα

tum, formidine mortis, Dentes atque crepant, ſtriduntque timore, metuque. Porrò boni color eſt idem, nec protinus ira Afficitur validè. Perſpicuum namque eſt, quod, quum vehementiorem iram bono viro adimat, mediocrem ei relinquat. Idem & de ſimilibus affectibus, dolore videlicet ac ira, ſentiendum, cujuſmodi illud eſt, Membra Phrygum ſubiit vehemens tremor, Hectoris atque Magnanimum quamvis crepitat cor, pectore læto. Alii namque vel videndo contremiſcebant, hic vero quamvis in periculo conſtitutus, tamen fortis erat, & pugnæ duntaxat initium extimeſcebat. Unde aliter quidem Dolonem ac Lycaonem ſibi timentes fingit, aliter verò Ajacem & Menelaum terga dare, ac ſe pedetentim ſubducere, perinde ut leones, qui à ſtabulo repulſi ſunt. Eodem modo & dolentium diſcrimina commonſtrat, & delectantium ſimiliter. Sic Ulyſſes commemorans, quo pacto Cyclopibus impoſuerit, ait, Corde, ſinuque meo riſi, dum talia dicunt. Proci vero conſpecto mendico humi proſtrato, Applaudunt manibus, riſuque ferè emoriuntur. Porrò & in inferioribus rebus mediocritatis differentia apparet, ut dum Ulyſſes, tametſi uxorem ſuam diligeret, atque eam propter ipſum plorantem videret, nihilominus tamen ſe continet, Lumina conſtiterant ceu cornea, ferrea ſive hæc. Pro-

μεγάλα τέρνοισι πατάσσει Κῆρας ὀϊομένῳ· πάταγος δέ τε γίνετ' ὀδόντων· Τοῦ δ' ἀγαθοῦ οὔτ' ἄρ τρέπεται χρὼς, οὔτέ τι λίην Ταρβεῖ. ἔυθηλον γὰρ ὅτι τοῦ ἀγαθοῦ τὸ λίαν φοβεῖσθαι ὑφελὼν, τὸ μέτριον κατέλιπε. τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ὁμοίων, λύπης τε καὶ ὀργῆς, χρὴ νοεῖν. τοιοῦτόν ἐσι κἀκεῖνο, Τρῶας μὲν τρόμος αἰνὸς ὑπήλυθε γυῖα ἕκαστον, Ἕκτορί τ' αὐτῷ θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι πάτασσεν. οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι, καὶ ὁρῶντες ἔτρεμον· ὁ δ' ἐν τῷ κινδύνῳ καθεσὼς ἀνδρεῖος ὢν, μόνον ἠγωνία. ὅθεν ἄλλως μὲν ποιεῖ τὸν δόλωνα, καὶ τὸν λυκάονα φοβουμένους, ἄλλως δὲ τὸν αἴαντα καὶ τὸν μενέλαον, ἐντροπαλιζομένους, καὶ βάδην ὑποχωροῦντας, ὥσπερ ἀπωσαμένους σαθμοῦ λέοντας. ὡσαύτως δὲ καὶ λυπουμένων διαφορὰς ἐπιδείκνυσι, καὶ ἡδομένων ὁμοίως. ὥς περ ὁ μὲν ὀδυσσεὺς, διηγούμενος ὃν τρόπον τοὺς κύκλωπας ἐξηπάτησεν, ἔφη, — ἐμὸν δ' ἐγέλασσε φίλον κῆρ. οἱ δὲ μνησῆρες, πεσόντα τὸν πτωχὸν ἰδόντες, Χεῖρας ἀνασχόμενοι γέλῳ ἔκθανον. φαίνεται δὲ ἐν κατωτέροις ἡ τοῦ μετρίου διαφορά. καὶ ὁ μὲν ὀδυσσεὺς τῆς ἑαυτοῦ γυναικὸς ἐρῶν, καὶ κλαίουσαν ἐπ' αὐτῷ ὁρῶν, φέρει, Ὀφθαλμοὶ δ' ὡσεὶ κέρα ἔσασαν, ἠὲ σίδηρος. τῶν δὲ μνησήρων τῆς αὐτῆς

τῆς ἐρώντων, τῶν θεασαμένων αὐτὴν --- λύτο γούνατ', ἔρῳ δ' ἄρα θυμὸν ἔθελχθεν, Πάντες δ' ἠρήσαντο παραὶ λεχέεσσι κλιθῆναι. τοιαῦτα μέν ἐςι τὰ παρὰ τῷ ποιητῇ περὶ ψυχῆς δυνάμεων, καὶ παθῶν.

Περὶ δὲ ἀγαθῶν καὶ ἐυδαιμονίας πολλῶν εἰρημένων παρὰ τοῖς φιλοσόφοις, τὸ μὲν τὴν ἀρετὴν τῆς ψυχῆς, μέγιςον εἶναι τῶν ἀγαθῶν, κατὰ πάντα συνέςηκεν. ἀλλ' οἱ μὲν ςωϊκοὶ τὴν ἀρετὴν αὐτάρκη ἡγοῦνται πρὸς ἐυδαιμονίαν, λαβόντες τὸ ἐνδόσιμον ἐκ τῶν ὁμηρικῶν τούτων, ἐν οἷς τὸν σοφώτατον καὶ φρονιμώτατον πεποίηκεν, ὑπὲρ ἐυκλείας πόνου καταφρονοῦντα, καὶ ἡδονῆς ὑπερορῶντα· τὸ μὲν πρότερον, οὕτως, Ἀλλ' οἷον τόδ' ἔρεξε, καὶ ἔτλη καρτερὸς ἀνήρ. Αὐτὸν μὲν πληγῇσιν ἀεικελίῃσι δαμάσσας, Σπεῖρα κάκ' ἀμφ' ὤμοισι βαλὼν, οἰκῆϊ ἐοικὼς, Ἀνδρῶν δυσμενέων κατέδυ πτόλιν. τὸ δεύτερον δὲ οὕτως, Ἦ μέν μ' αὐτόθ' ἔρυκε καλυψὼ δῖα θεάων, Ὡς δ' αὕτως κίρκη κατερήτυεν ἐν μεγάροισιν Αἰαίη, δολόεσσα, λιλαιομένη πόσιν εἶναι· Ἀλλ' ἐμὸν οὔποτε θυμὸν ἐνὶ ςήθεσσιν ἔπειθεν. μάλιςα δὲ ἐν τούτοις τὴν τῆς ἀρετῆς δόξαν συνίςησιν, ἐν οἷς τὸν μὲν ἀχιλλέα ποιεῖ οὐ μόνον ἀνδρεῖον, ἀλλὰ καὶ κάλλιςον τὸ εἶδος, καὶ ποδωκέςατον,

corum autem, qui eandem amabant, & suspiciebant, Genua labascunt, mulcenturque cupidine cæco. Conjuge Penelope cupit atque potirier omnis. Hujusmodi quidem apud poëtam sunt de animæ viribus, & affectibus.

Cæterum quamvis multa à philosophis de bonorum finibus, & felicitate sint dicta; Tamen de hoc inter illos per omnia convenit, quod animæ virtus bonorum sit maximum. At Stoici virtutem per sese ad felicitatem sufficere putant, ansa nimirum ex Homericis illis sumpta, in quibus sapientissimum, & prudentissimum quemque, gloriæ causa laboris patientem, ac voluptatis continentem finxit. Ac de priori quidem sic, Quàm bene se gessit fortis vir, sustinuitque, Ipsum verberibus domuit, plagisque cruentis. Inque humeros vili injecta quum fortè lacerna, Urbem inimicorum ingreditur, servo assimulatus. De posteriori autem ad hunc modum, Sic itidem Circæ retinebar in ædibus altis, Conjugii tædas cuperet dum, meque maritum. Ast animum potuit nequaquam flectere nostrum. Quid autem de virtute sentiat, ex his intelligere possumus, in quibus Achillem non solum fortem facit, verumetiam pulcherrima forma, pedibus perniciosissimis, generosissimum, ex illustri patria oriun-

καὶ ἐυγενέςατον, καὶ πατρίδος

ἐπι-

dum, denique cui deorum maximus opem ferret: Ulyssem verò prudentem, ac animo tolerantem, at in reliquis non admodum fortunatum, propterea quod ipsius statura & vultus, reliquis dotibus non respondere, & quod haud ex illustribus parentibus, & patria obscura ortus esset, denique quod Deum post Jovem secundum, infensum haberet. Quæ tamen omnia eum nihil prohibebant, quo minus propter animi virtutem, nominis celebritatem assequeretur.

Cæterum Peripatetici animæ bonis (ut sunt prudentia, fortitudo, temperantia, justitia) primas tribuunt. Corporis autem bonis (ut est salubritas, robur, pulchritudo, celeritas) secundas. Externis autem (ut est bona existimatio, nobilitas, & opulentia) tertias. Laude namque & admiratione dignum existimant, si quis virtutis præsidio munitus, doloribus, morbis, egestati, perplexis calamitatibus, aliisque malis resistat; at nec optabile, neque beatum. Si quis autem bonis sapienter fruatur, eum revera beatum existimant. Neque enim solam virtutis possessionem, verumetiam usum, & efficaciam esse bonum quiddam. Quæ sanè & Homerus perspicuè ostendit. Subinde namque deos bonorum datores fingit, quæ & homines sibi à diis præstari (utpote ipsis haud inutilia, neque indifferentia, ἐπιφανοῦς, καὶ ὑπὸ τοῦ μεγίσου τῶν θεῶν βοηθούμενον· τὸν δὲ ὀδυσσέα, συνετὸν μὲν καὶ καρτερὸν τῇ ψυχῇ, τὰ δὲ ἄλλα οὐχ ὁμοίᾳ τύχῃ κεχρημένον· ἡλικίας τε καὶ ὄψεως οὐκ ἴσης, καὶ γονέων οὐ πάντη ὀνομαστῶν, καὶ πατρίδος ἀδόξου, καὶ ἀπεχθόμενον ἑτέρῳ θεῷ· ὧν οὐδὲν ἐκώλυεν αὐτὸν εἶναι εὐκλεᾶ, τὴν τῆς ψυχῆς ἀρετὴν κεκτημένον.

Οἱ δ' ἐκ τοῦ περιπάτου πρωτεύειν μὲν τὰ τῆς ψυχῆς ἀγαθὰ νομίζουσιν, οἷον φρόνησιν, ἀνδρείαν, σωφροσύνην, δικαιοσύνην· δεύτερα δὲ εἶναι τὰ τοῦ σώματος, οἷον, ὑγίειαν, ἰσχὺν, κάλλος, τάχος· τρίτα δὲ, τὰ ἐκτὸς, οἷον εὐδοξίαν, εὐγένειαν, πλοῦτον. ἐπαινετὸν μὲν γὰρ εἶναι καὶ θαυμαστὸν τὸ ἐν ἀλγηδόσι, καὶ νόσῳ, καὶ ἀπορίᾳ, καὶ συμφοραῖς ἀβουλήτοις, χρῆσθαι τῇ ἀρετῇ τῆς ψυχῆς ἀντεχούσης τοῖς κακοῖς, οὐ μέντοι αἱρετὸν, οὐδὲ μακάριον. τὸ δ' ἐν ἀγαθοῖς νοῦν ἔχειν; τῷ ὄντι εὐδαιμον. οὐδὲ γὰρ τὴν κτῆσιν μόνην τῆς ἀρετῆς, ἀλλὰ καὶ τὴν χρῆσιν καὶ τὴν ἐνέργειαν εἶναι καλόν. ταῦτα δὴ καὶ ὅμηρος δείκνυσιν ἄντικρυς. τοὺς μὲν γὰρ θεοὺς ἀεὶ ποιεῖ δοτῆρας ἐάων, τουτέστι τῶν ἀγαθῶν, ἃ καὶ εὔχονται οἱ ἄνθρωποι παρέχειν αὐτοῖς τοὺς θεούς· οὐκ ἀνωφελῆ δηλονότι ὄντα αὐτοῖς, οὐδὲ ἀδιά-

φορα, ἀλλὰ πρὸς εὐδαιμονίαν χρήσιμα.

Τίνα οὖν ἐστι τὰ ἀγαθὰ ὧν ἐφίενται οἱ ἄνθρωποι, καὶ δι' ἃ μακαρίζονται, ἐν πολλοῖς διασαφεῖ, ἅμα μὲν πάντα ἐπὶ τοῦ ἑρμοῦ, — οἷος δὴ σὺ δέμας καὶ εἶδος ἀγητὸς, Πέπνυσαι δὲ νόῳ, μακάρων δ' ἔξεσσι τοκήων. μαρτυρεῖ γὰρ αὐτῷ κάλλος σώματος, καὶ φρόνησιν, καὶ εὐγένειαν. τὰ δὲ κατὰ μέρος, Τῷ δὲ θεοὶ κάλλος τε καὶ ἠνορέην ἐρατεινὴν Ὤπασσαν, καὶ θεσπέσιον πλοῦτον κατέχευε κρονίων. δῶρον γάρ ἐστι καὶ τοῦτο τοῦ θεοῦ. Ζεὺς δ' αὐτὸς νέμει ὄλβον ὀλύμπιος ἀνθρώποισι.

Ποτὲ δὲ καὶ τὴν τιμὴν ἡγεῖται καλὸν, Τιοίμην δ' ὡς τίετ' Ἀθηναίη καὶ Ἀπόλλων. πῶς δὲ τὴν εὐπαιδίαν, Ὡς ἀγαθὸν καὶ παῖδα καταφθιμένοιο λιπέσθαι. πῶς δὲ τὴν τῶν οἰκείων ἀπόλαυσιν, Πέμπετέ με σπείσαντες ἀπήμονα· χαίρετε δ' αὐτοί. Ἤδη γὰρ τετέλεσαι ἃ μοι φίλος ἤθελε θυμὸς, Πομπὴ καὶ φίλα δῶρα, τά μοι θεοὶ οὐρανίωνες Ὄλβια ποιήσειαν· ἀμύμονα δ' οἶκοι ἄκοιτιν Νοσήσας εὕροιμι σὺν ἀρτεμέεσσι φίλοισιν. Ὑμεῖς δ' αὖθι μένοντες ἐϋφραίνοιτε γυναῖκας Κουριδίας καὶ τέκνα· θεοὶ δ' ἀρετὴν ὀπάσειαν Παντοίην, καὶ μή τι κακὸν μεταδήμιον εἴη.

Ὅτι δὲ ἐν τῇ τῶν ἀγαθῶν συγ-

sed ad felicitatem utilia) exoptant.

Quænam ergò bona ab hominibus expetantur, & ob quæ beati vocentur, in multis declarat; ac in Mercurio quidem simul universa fuisse, Corporis admiranda tua est species, sapis atque Mente simul, satus es majorum stemmate claro. Testimonium namque ei de corporis pulchritudine, prudentia, & generositate perhibet. Singulatim verò ea memorat, Huic superi formam dederant, & fortis ut esset. Et, Magnificas & opes dederat Saturnius almus. Donum enim & hoc dei est, Jupiter ast ipsus tribuit mortalibus illud.

Nonnunquam verò & honorem inter bona recenset, O utinam colerer, colitur ceu Pallas, Apollo. Nonnunquam vero prolis felicitatem, Estque bonum pueros moriendo relinquere justos. Aliquando autem, si quis familiaribus suis fruatur, Vos libate diis, genio indulgete frequenter, Hospitem abire sinatis, ob id quod cuncta superstunt Quæ mens nostra cupit, deductio, charaque dona, Quæ mihi fortunent superi precor, obsecro cuncti. Utque domi inveniam salvos cum conjuge amicos. Vos itidem teneras uxores, atque puellos Delectate domi, precor autem dii superi ut dent Vobis cuncta bona, ut mala nec vos publica vexent.

(Quod vero in bonorum com-

χρίσει,

paratione, vires divitiis præstent, in his declarat, Dives erat, sed enim bellator ceu timibunda Virgo fuit, stultè his fidens, quæ causa necis sunt. Et, Gaudia nulla ferunt mi quamvis prædia lata. Denique quod prudentia, egregiæ formæ antecellat, Inferior forma est alius vir, sed Deus istam Eloquio suavi decorat.

νότερος πέλει ἀνήρ· Ἀλλὰ θεὸς κρίσει, τοῦ πλούτου κρεῖσσόν ἐσιν αὐτὸ τὸ δύνασθαι, δηλοῖ διὰ τούτων, Ὃς καὶ χρυσὸν ἔχων, πόλεμονδ' ἴεν ἠΰτε κούρη, Νήπιος, οὐδέ τι οἱ τόδ' ἐπήρκεσε λυγρὸν ὄλεθρον. καὶ, Ὡς οὔ τοι χαίρων, τοῖς δε κτεάτεσσιν ἀνάσσω. καὶ ὅτι τὸ φρονεῖν, τοῦ καλοῦ εἴδους ἄμεινον. Ἄλλος μὲν γάρ τ' εἶδος ἀκιδμορφὴν ἔπεσι κέφει.

Ex prædictis ergo apparet, quod Homerus & corporis & fortunæ dotes, inter bona recenset. Quod autem absque his virtus ipsa per se ad felicitatem non sufficiat, in illis declarat, in quibus duos viros ad virtutis summum contendentes ponens, Nestorem & Ulyssem, ab aliis quidem hominibus differentes finxit, inter sese autem (quantum ad prudentiam, fortitudinem, & dicendi facultatem attinet) similes, in fortunæ autem dotibus non itidem, propterea quod dii Nestorem abunde felicem reddiderant, sive dum nasceretur, sive in conjugio versaretur, quodque illi dederant summa cum opulentia magnificis in ædibus senescere, denique, Quod juvenes illi sapidos, belloque feroces. Ulyssem vero (quanquam consultus, solers, ac prudens esset) infelicem sæpenumero appellat. Et hoc ideo, quod ille celeri & tuta navigatione, hic verò diuturnis erroribus, laboribus, & periculis innumeris exantlatis, in patriam redierit. Adeò optabile

Δῆλον μὲν οὖν ὅτι καὶ τὰ περὶ σῶμα καὶ τὰ ἐκτὸς εὐτυχούμενα, ἀγαθὸν νομίζει· ὅτι δὲ ἄνευ τούτων οὐκ ἔσιν αὐτάρκης ἡ ἀρετὴ μόνη πρὸς εὐδαιμονίαν, ἐν ἐκείνοις παρίσησι· δύο γὰρ ἄνδρας εἰς τέλος ἀρετῆς ἥκοντας ὑποθέμενος, τὸν νέσορα καὶ τὸν ὀδυσσέα, καὶ τῶν μὲν ἄλλων διαφέροντας, ἀλλήλοις δὲ ὁμοίους φρονήσει καὶ ἀνδρείᾳ, καὶ λόγων δυνάμει, οὐκέτι ὁμοίους ἐν ταῖς τύχαις πεποίηκεν, ἀλλὰ τῷ μὲν νέσορι τοὺς θεοὺς ὄλβον ἐπικλῶσαι, γαμέοντί τε, γεινομένῳ τε· αὐτὸν μὲν λιπαρῶς γηρασκέμεν ἐν μεγάροισιν, υἱέας αὖ πινυτούς τε καὶ ἔγχεσιν εἶναι ἀρίσους. τὸν δὲ ὀδυσσέα, καί περ πολύμητιν ὄντα, καὶ ἀγχίνοον, καὶ ἐχέφρονα, ἀποκαλεῖ δύσηνον πολλάκις. καὶ γὰρ τὸν μὲν, ἐς τὴν ἀνακομιδὴν πλεῦσαι ταχέως καὶ ἀσφαλῶς· τὸν δὲ πλανηθῆναι χρόνῳ πολλῷ, καὶ πόνους, καὶ κινδύνους ὑπομένειν ἀεὶ μυρίους. οὕτως αἱρετὸν καὶ μακάριόν

κάριόν ἐστιν, ὅταν τῇ ἀρετῇ συναιρομένη, καὶ μὴ ἀντιπράττουσα ἡ τύχη παρῇ.

ac beatum est, si quando fortuna virtuti auxilio, non obstaculo fuerit.

Πῶς δὲ ἡ κτῆσις τῆς ἀρετῆς οὐδέν ἐς ὄφελος ἂν μὴ καὶ ἐνεργῇ, φανερὸν ἐκ τούτων, ὅπου ὁ μὲν πάτροκλος ἐπιπλήσσων τῷ ἀχιλλεῖ, λέγει, Αἰναρέτη, τίς σεῦ ἄλλος ὀνήσεται ὀψίγονός περ, Ἄϊκε μὴ ἀργείοισιν ἀεικέα λοιγὸν ἀμύνῃς. οὕτω γὰρ προσεῖπε τὸν τῇ ἀπραξίᾳ ἀνωφελῆ ποιοῦντα τὴν ἀρετήν. ὁ δὲ ἀχιλλεὺς, τὴν ἀπραξίαν ταύτην ὀδυρόμενος, φησὶν, Ἀλλ' ἦμαι παρὰ νηυσὶν ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρης, Τοῖος ἐὼν οἷος οὔτις ἀχαιῶν χαλκοχιτώνων. ἄχθεται γὰρ ὅτι τὴν ἀρετὴν κεκτημένος, οὐ κέχρηται αὐτῇ, ἀλλὰ μηνίων τοῖς ἀχαιοῖς, Οὔτέ ποτ εἰς ἀγορὴν πωλέσκετο κυδιάνειραν, Οὔτέ ποτ' ἐς πόλεμόν γ', ἀλλὰ φθινύθεσκε φίλον κῆρ, Αὖθι μένων· ποθέεσκε δ' ἀϋτὴν τε πτόλεμόν τε. καὶ γὰρ οὕτως ὁ φοῖνιξ ἐπαίδευε, Μύθων τε ῥητῆρ' ἔμεναι πρηκτῆρά τε ἔργων· ὅθεν καὶ τεθνεὼς ἄχθεται τῇ ἀπραξίᾳ, λέγων, Βουλοίμην κ' ἐπάρουρος ἐὼν θητευέμεν ἄλλῳ Ἀνδρὶ παρ' ἀκλήρῳ, ᾧ μὴ βίοτος πολὺς εἴη, Ἢ πᾶσιν νεκύεσσι καταφθιμένοισιν ἀνάσσειν. καὶ ἐπιφέρει τὴν αἰτίαν, Οὐ γὰρ ἐγὼν ἐπαρωγὸς ὑπ' αὐγὰς ἠελίοιο, Τοῖος ἐὼν οἷός ποτ' ἐνὶ τροίῃ εὐρείῃ.

Cæterum quo pacto virtutis possessio nihil prosit, nisi & agendo efficax sit, ex his patet, in quibus Patroclus Achillem objurgando, ait, eum virtute sua aliis perniciem accersere, Quem fructum ex virtute tua cœpisse minores. Dicent, quum Danais non tanta pericula pulses? Sic enim eum alloquitur, qui virtutem inertia sua inutilem reddebat. Ipse quoque Achilles hanc inertiam deplorans ait, Sed sedeo ad naves, telluris inutile pondus, Militibus præstem Danais quanquam, ducibusque. Dolet enim quod virtute præditus, ea non esset usus, sed Græcis indignando, Concilium clarum nunquam decoraret Achivûm, Atque manens inibi, cor dilectum macetaret, Prælia iniqua precans Danais, sævumque tumultum. Phœnix namque ad hunc modum illum erudierat, Ut bene dicendi gnarus fieret, bene agendi. Unde & vita functus inertia illa offenditur, dicens, Maluerim quamvis nihili servire colono, Cui tenuis victus, quàm manibus hisce præesse. Et causam subjungit, Sole carens etenim nunc, non sum talis, ut olim, Mœnia dum Phœbi vastaret Achiva juventus.

Ἔτι

Præterea Stoici dicentes, bonos viros diis amicos esse, ab Homero id mutuati sunt, qui super Amphiarao inquit, Jupiter ex animo hunc dilexit, Apolloque Phœbus. Et de Ulysse, Gaudebatque Minerva viro justo, sapienti. Est autem eorundem philosophorum & hoc placitum, virtutem esse docibilem, quippe quæ pro initio generositatem habeat (quod & Homerus sensit, dum inquit, Est talis genitor tibi, nam prudentia dicis) & per disciplinas ad summum deducatur.

Ἔτι τοίνυν οἱ ϛωϊκοὶ φίλους θεῶν τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας ἀποφαίνοντες, παρ' ὁμήρου καὶ τοῦτο ἔλαβον, λέγοντος ἐπὶ τοῦ ἀμφιαράου, Ὃν περὶ κῆρι φίλει ζεὺς αἰγίοχος καὶ ἀπόλλων. καὶ ἐπὶ τοῦ ὀδυσσέως, Χαῖρε δ' ἀθηναίη πεπνυμένῳ ἀνδρὶ δικαίῳ. ἔϛι δὲ τῶν αὐτῶν φιλοσόφων δόγμα, καὶ τὸ διδακτὴν εἶναι τὴν ἀρετὴν, ἔχουσαν μὲν ἀρχὴν τὴν εὐγένειαν· (ὃ καὶ ὅμηρός φησι, Τοίου γὰρ καὶ πατρὸς, ὃ καὶ πεπνυμένα βάζεις) ὑπὸ δὲ παιδείας εἰς τὸ τέλειον προαγομένην.

Recta namque vita virtutis scientia est, hoc est, ea facere quæ rectè victuros decent. Hæc igitur apud Homerum quoque sunt; dicit enim, Dum puer ignarus linguæ, bellique cruenti. Et in aliis, Non animus jussit, quia fortis, strenuus atque. Et Phœnix de Achille inquit, Idcirco præmissus eram, hæc ut cuncta docerem, Ut bene dicendi gnarus fieres, bene agendi. Nam quum vita & ex dictis, & factis constet, ideo se præceptorem adolescentis in illis fuisse ait. Atque ita ex jam dictis nimirum patet, quod quamlibet virtutem doceri posse ostendat. Ad hunc igitur modum Homerus cum in moralibus, tum naturalibus, philosophatur.

Ἔϛι γὰρ ἀρετῆς ἐπιϛήμη τὸ ὀρθῶς βιοῦν· τουτέϛιν, ὧν τοὺς εὖ βιωσομένους πράσσειν προσήκει. καὶ ταῦτα οὖν ἐϛι παρ' ὁμήρῳ. λέγει γὰρ, Νήπιον, οὔπω εἰδόθ' ὁμοιΐου πολέμοιο, Οὐδ' ἀγορέων. καὶ ἐν ἄλλοις, Οὐδέ με θυμὸς ἄνωγεν, ἐπεὶ μάθον ἔμμεναι ἐσθλός· καὶ ὁ φοῖνιξ φησὶν ἐπὶ τοῦ ἀχιλλέως, Τοὔνεκά με προέηκε διδασκέμεναι τά δε πάντα, Μύθων τε ῥητῆρ' ἔμεναι, πρηκτῆρά τε ἔργων. ἐπεὶ γὰρ ὁ βίος ἐκ πράξεων καὶ λόγων συνέϛηκε, τούτων φησὶ διδάσκαλον ἑαυτὸν τοῦ νεανίσκου γεγονέναι. ἐκ δὲ τῶν εἰρημένων δῆλον ὅτι πᾶσαν ἀρετὴν ἀποφαίνει διδακτήν. οὕτω μὲν οὖν πρῶτος ὅμηρος ἔν τε ἠθικοῖς καὶ φυσικοῖς φιλοσοφεῖ.

Cæterum eidem contempla-

Ἔχεται δὲ τῆς αὐτῆς θεωρίας

καὶ ἀριθμητικὴ, καὶ μουσικὴ, ἃς καὶ πυθαγόρας διαφερόντως ἐτίμησεν. ἴδωμεν οὖν εἰ καὶ τούτων ἐξὶ παρὰ τῷ ποιητῇ λόγος. ἀλλὰ μὴν πλεῖος· ὀλίγα δὲ ἐκ πολλῶν παρατεθέντα ἐξαρκέσει. ὁ γὰρ πυθαγόρας τοὺς ἀριθμοὺς μεγίσην δύναμιν ἔχειν ἡγούμενος, καὶ πάντα εἰς ἀριθμοὺς ἀναφέρων, τῶν τε ἄστρων τὰς περιόδους, καὶ τῶν ζώων τὰς γενέσεις, δύο τὰς ἀνωτάτω ἀρχὰς ἐλάμβανε, τὴν μὲν ὡρισμένην, μονάδα, τὴν δὲ ἀόριστον, δυάδα καλῶν· τὴν μὲν, ἀγαθῶν, τὴν δὲ, κακῶν οὖσαν ἀρχήν. ἡ μὲν γὰρ τῆς μονάδος φύσις ἐγγενομένη, τῷ μὲν περιέχοντι εὐκρασίαν, ψυχαῖς δὲ ἀρετὴν, σώματι δὲ ὑγείαν, πόλεσι δὲ καὶ οἴκοις, εἰρήνην καὶ ὁμόνοιαν παρέσχε. πᾶν γὰρ ἀγαθὸν, συμφωνίας οἰκεῖόν ἐσιν. ἡ δὲ τῆς δυάδος, πᾶν τοὐναντίον, ἀέρι χειμῶνα, ψυχαῖς κακίαν, σώμασι νόσους, πόλεσι δὲ καὶ οἰκίαις στάσεις καὶ ἔχθρας ἐγέννησε. πᾶν γὰρ κακὸν ἐκ διαστάσεως καὶ διαφορᾶς γίνεται. ὅθεν καὶ τῶν ἐφεξῆς ἀριθμῶν τὸν μὲν ἄρτιον, ἐνδεᾶ καὶ ἀτελῆ· τὸν δὲ περισσὸν, πλήρη τε καὶ τέλειον ἀπέφηνεν, ὅτι μιγνύμενός τε πρὸς τὸν ἄρτιον, ἀεὶ τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν διασώζει, τοῦ περισσοῦ καὶ ἐν τούτοις ἐπικρατοῦντος. ἑαυτῷ τε συντιθέμενος γεν-

tioni proximæ ſunt Arithmetica & Muſica, quas & Pythagoras præ aliis coluit. Videamus ergò num & harum mentio apud poëtam ſit; imò verò plurima eſt. Pauca autem ex multis exemplis adducta ſufficient. Quum itaque Pythagoras exiſtimaret, numeros maximam vim obtinere, omniaque ad numeros referret, cum ſiderum meatus, tum animantium generationes; duo ſuprema principia ponebat, unum finitum, quod unitatem, alterum infinitum, quod dualitatem appellabat, ita ut illa bonorum, hæc autem malorum initium eſſet. Unitatis enim natura cœlo (quod omnia complectitur) inſita, temperiem, animis virtutem, corpori ſanitatem, urbibus & ædibus pacem & concordiam ſuppeditat. Quicquid enim bonum eſt, cum concordia familiaritatem habet. Dualitatis omnia contraria ſunt. Aëri namque tempeſtatem, animabus vitioſitatem, corporibus morbos, urbibus & domibus ſeditiones ac inimicitias procreat. Omne namque malum ex diſcordia & diſſidio naſcitur. Unde & quemvis parium numerorum inopem ac imperfectum, imparem verò & plenum & abſolutum demonſtrat, propterea quod dum pari miſcetur, ſubindè vim ſuam obtinet. Neque in hac ſolum parte ſuperior eſt impar, verumetiam ſibi additus, parem nu-

merum generat. Fœcundus namque eſt, originis ſuæ vim retinet, ac diviſionem non recipit, unitate ſemper in ipſo excellente. Par autem ſibi additus, imparem nec producit, nec indiviſibilis eſt. Ergo & Homerus unitatis naturam in boni conditione, ac dualitatis in mali, ponere videtur, quando ſæpe bonum virum ἐννέα, *manſuetum*, & manſuetudinem ita ab unitate appellat, afflictionem verò à dualitate, cum inquit, Convenit haud multos regnare, ſed unus erit rex. Et, Bifariam bello, nec pace loquantur Achivi, Una ſed his ſit mens, ac conſultent ſapienter. Subinde autem impari numero, tanquam præſtantiore utitur. Etenim totum mundum quinque partibus conſtare fingens, tres harum in medio exiſtentes dividit, Tripliciter ſunt ſecta, data & ſua portio cuique. Eam ob cauſam Ariſtoteles quinque elementa poſuit, utpote impari ac perfecto numero ubique dominante. Præterea & Diis cœleſtibus imparia diſtribuit. Neſtor enim Neptuno novies novem tauros ſacrificat. Et Tireſias Ulyſſem immolare jubet arietem, porcorum cuſtodem. At Achilles in Patrocli exequiis non niſi paria immolabat, nempe quatuor equos, duodecim ſtrenuos magnanimorum Trojanorum filios, ac novem ca-

νᾷ τὸν ἄρτιον. γόνιμος γάρ ἐστι, καὶ ἔχει δύναμιν ἀρχῆς, καὶ διαίρεσιν οὐκ ἐπιδέχεται, ἀεὶ τῆς μονάδος ἐν αὐτῷ περιούσης. ὁ δὲ ἄρτιος οὔτε γεννᾷ ποτε τὸν περισσὸν, συντιθέμενος ἑαυτῷ, οὔτέ ἐστιν ἀδιαίρετος. καὶ ὅμηρος τοίνυν τήν τε τοῦ ἑνὸς φύσιν ἐν τῇ τοῦ ἀγαθοῦ μοίρᾳ, καὶ τὴν τῆς δυάδος ἐν τῇ τοῦ κακοῦ τιθεὶς φαίνεται πολλάκις, ἐννέα τὸν ἀγαθὸν λέγων πολλάκις, καὶ ἐννείην τὴν τοιαύτην διάθεσιν· δύην δὲ, τὴν κάκωσιν. καὶ ὅτι, Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη· εἷς κοίρανος ἔστω. καὶ, Μήτε ἐν πολέμοις δίχα βάζειν, μηδ' ἐνὶ βουλῇ. Ἀλλ' ἕνα ἔχοντες νόον, καὶ ἐπίφρονα βουλήν. ἀεὶ δὲ τῷ περισσῷ ἀριθμῷ χρῆται ὡς κρείσσονι. καὶ γὰρ τὸν σύμπαντα κόσμον πέντε μοίρας ἔχοντα ποιῶν, τὰς τρεῖς τούτων οὔσας μέσας διαιρεῖ, Τριχθὰ δὲ πάντα δέδασαι, ἕκαστος δ' ἔμμορε τιμῆς. διὸ καὶ ἀριστοτέλης, πέντε εἶναι τὰ στοιχεῖα ἐνόμισεν, ὡς τοῦ περισσοῦ καὶ τελείου ἐν παντὶ τὸ κράτος ἔχοντος. καὶ τοῖς μὲν οὐρανίοις δαίμοσι τὰ περισσὰ ἀπονέμει. Ὅ, τε γὰρ νέστωρ ποσειδῶνι θύει ἐννεάκις ἐννέα ταύρους. καὶ τὸν ὀδυσσέα θύειν κελεύει ὁ τειρεσίας Ἀρνειὸν, ταῦρόν τε, συῶν τ' ἐπιβήτορα κάπρον. ὁ δὲ ἀχιλλεὺς τῷ πατρόκλῳ ἐναγίζει πάντα ἄρτια, ἵππους μὲν τέσσαρας, δώδεκα δὲ τρώων μεγαθύμων υἱέας ἐσθλούς· καὶ ἐννέα κυ-

νῶν ὄντων, τοὺς δύο ἐμβάλλει τῇ πυρᾷ, ἵνα τοὺς ἑπτὰ ἑαυτῷ ἀπολίπηται. καὶ ἐν πολλοῖς, τῷ τῶν τριῶν, καὶ πέντε, καὶ ἑπτὰ ἀριθμῷ χρῆται. μάλιστα δὲ τῷ τῶν ἐννέα, Ὡς νείκεσσ' ὁ γέρων· τοὶ δ' ἐννέα πάντες ἀνέσαν. καὶ, Ἐννέωροι γὰρ τοί γε, καὶ ἐννεαπήχεες ἦσαν Εὖρος· ἀτὰρ μῆκός τε γενέσθην ἐννεάγυιοι. καὶ, Ἐννῆμαρ μὲν ἀνὰ στρατὸν ὤχετο κῆλα θεοῖο. καὶ, Ἐννῆμαρ ξείνισσε, καὶ ἐννέα βοῦς ἱέρευσε. τί δή ποτ' οὖν ἐστιν ὁ τῶν ἐννέα ἀριθμὸς τελειότατος; ὅτι ἔστιν ἀπὸ τοῦ πρώτου περισσοῦ τετράγωνος, καὶ περισσάκις περισσὸς, εἰς τρεῖς διαιρούμενος τριάδας· ὧν ἑκάστη πάλιν εἰς τρεῖς μονάδας διαιρεῖται.

acuto. Præterea & Ægisthum tyrannicum declarat, qui interempto Agamemnone, Mycenæis dominabatur. Et quum elatus esset, inquit, Non fortitus fuerit sepulturam, si Menelaus adesset, hoc enim de tyrannis lege cautum est. Huic certè non solvissent sua justa propinqui. Alitibus, canibusque sed esca fuisset in arvo. Quod facinus tetrum commiserat. Oligarchiam verò innuere videtur in ambitioso procorum præcipuas obtinendi partes studio, de quibus ait, Atque Ithacæ sterili quotquot dominantur iniquè. Plebis verò imperium in Troianorum republica tradit, in qua omnes Alexandri complices malis impliciti sunt. Et Priamus filios suos tanquam horum autores increpat, Accersiviſtis mala mi, soboles scelerata. Quin & alius quidam Trojanorum Antimachus, Auro ab Alexandro corruptus, munere claro. Dissuasit reddendam Helenam flavo Menelao.

λεῖ χαλκῷ. καὶ τὸν αἴγισθον δὲ τυραννικὸν ἀποφαίνει, ὃς ἀποκτείνας τὸν ἀγαμέμνονα, ἐκράτει τῶν μυκηναίων· καὶ ὁπότε ἀνῃρέθη, φησὶν ὅτι οὐκ ἂν ἔτυχε ταφῆς εἴπερ μενέλαος παρῆν. τοῦτο γὰρ ἐπὶ τῶν τυράννων νενόμισαι, Τῷ κέ οἱ οὐδὲ θανόντι χυτὴν ἐπὶ γαῖαν ἔχευαν, Ἀλλ' ἄρα τόν γε κύνες τε καὶ οἰωνοὶ κατέδαψαν Κείμενον ἐν πεδίῳ· μάλα γὰρ μέγα μήσατο ἔργον. Ὀλιγαρχίαν δὲ δηλοῦν δοκεῖ διὰ τῆς τῶν μνηστήρων πλεονεξίας, περὶ ὧν φησὶν, Ἠδ' ὅσσοι κραναὴν ἰθάκην κατακοιρανέουσι. τὴν δὲ ὀχλοκρατίαν ἐν τῇ τῶν τρώων πολιτείᾳ παραδίδωσιν, ἐν ᾗ καὶ συναράμενοι πάντες ἀλεξάνδρῳ, κακοῖς περιέπεσον. καὶ ὁ πρίαμος λοιδορεῖται τοῖς παισὶν, ὡς τούτων αἰτίοις, Σπεύσατέ μοι κακὰ τέκνα κατηφόνες. καὶ ἄλλος δέ τις τῶν τρώων ὁ ἀντίμαχος, Χρυσὸν ἀλεξάνδροιο δεδεγμένος, ἀγλαὰ δῶρα, Οὐκ εἴασχ' ἑλένην δόμεναι ξανθῷ μενελάῳ.

Quandoquidem verò id apud homines justum censetur, quando unusquisque pro sua dignitate tractatur, & quum deos ac parentes colere, ac familiares in pretio habere, præcipuæ illius species sint, pietatem quidem erga deos in multis docet, ubi Heroas rem divinam & vota facientes, dona

Ἐπεὶ δὲ τὸ παρὰ ἀνθρώποις δίκαιον τοῦτο νομίζεται, τὸ ἀπονεμητικὸν ἑκάστῳ τοῦ κατ' ἀξίαν· ἐν ᾧ μάλισά ἐστι τὸ θεοὺς σέβειν, γονέας, καὶ οἰκείους τιμᾶν· τὴν μὲν εἰς θεοὺς εὐσέβειαν ἐν πολλοῖς διδάσκει, εἰσάγων τοὺς ἥρωας θύοντας, καὶ εὐχομένους, καὶ δῶρα ἀνατιθέντας τοῖς θεοῖς,

καὶ

καὶ ὕμνοις γεραίροντας αὐτούς· καὶ τῆς εὐσεβείας ἀμοιβὴν ἀπολαμβάνοντας τὴν παρὰ τῶν θεῶν ἐπικουρίαν.

diis offerentes, ac hymnis eos celebrantes inducit. Dumque pro pietatis remuneratione, à diis auxilium reportant.

Τὴν δὲ πρὸς τοὺς γεννωμένους τιμὴν, ἐν τῷ τηλεμάχου προσώπῳ μάλισα δείκνυσι, καὶ ἐν οἷς ἐπαινεῖ τὸν ὀρέσην, Οὐκ ἀΐεις οἷον κλέος ἔλλαβε δῖος ὀρέσης Πάντας ἐπ' ἀνθρώπους, ἐπεὶ ἔκτανε πατροφονῆα; Καὶ ὅτι τὸ γηροτροφεῖσθαι τοὺς γονέας ὑπὸ τῶν παίδων, φύσει δίκαιον, καὶ ἐξ ἀμοιβῆς ὀφειλόμενον, διὰ μιᾶς λέξεως ἐδήλωσεν, εἰπὼν, —οὐδὲ τοκεῦσι Θρέπτρα φίλοις ἀπέδωκεν. ἀδελφῶν δὲ εὔνοιαν καὶ πίσιν πρὸς ἀλλήλους, ἐν τῷ ἀγαμέμνονι, καὶ μενελάῳ· φίλων δὲ, ἐν ἀχιλλεῖ καὶ πατρόκλῳ δείκνυσι. γυναικὸς δὲ σωφροσύνην καὶ φιλανδρίαν, ἐν τῇ πηνελόπῃ· ἀνδρὸς δὲ πόθον τῆς αὐτοῦ γυναικὸς, ἐν τῷ ὀδυσσεῖ παρίσησιν.

Honorem autem erga progenitores in Telemachi persona præcipue ostendit. Et in quibus Orestem collaudat: Inclytus, insignis non audis quàm sit Orestes, Excellatque homines cunctos, quod sit patris ultor. Ad hæc quod à natura justum, & ex retributione debitum sit, ut parentes senectute confecti à liberis foveantur, per unicam vocem explicuit, dicens, Nec dum charis parentibus pro educatione pretium persolverat. Fratrum autem benevolentiam, & fidem inter sese, in Agamemnone & Menelao; Amicorum verò in Achille & Patroclo, innuit. Uxoris autem prudentiam, & studium erga maritum, in Penelope. Mariti erga uxorem desiderium, in Ulysse exhibet.

Ὅπως δὲ καὶ ὑπὲρ πατρίδος χρὴ πράσσειν, ἐν τούτῳ μάλισα ἐδήλωσεν, Εἷς οἰωνὸς ἄρισος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης. καὶ πάλιν, ὅπως τοὺς τῆς πολιτείας κοινωνοῦντας, φιλίας ἔχειν δεῖ, Ἄφρήτωρ, ἀθέμιστος, ἀνέστιός ἐστιν ἐκεῖνος, Ὃς πολέμου ἔραται ἐπιδημίου, ὀκρυόεντος. Ὅπως δὲ τὸ ἀληθεύειν τίμιον, τὸ δὲ ἐναντίον, φευκτόν. Ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς ἀΐδαο πύλῃσιν, Ὅς χ' ἕτε-

Cæterum quo pacto nos pro patria gerere debeamus, in hoc potissimum declaravit, Una avis optima, pro patria pugnare subinde. Et rursus quomodo ejusdem reipublicæ cives concordes esse conveniat, Absque tribu, sine lege, domoque sit ille, tumultus Autor qui fuit unquam sævi, pernitiosi. Quo autem pacto veracitas in precio habenda, & mendacium fugiendum sit, in hoc ostendit, Ut Stygius Pluto, sic nobis est inimicus, Cujus

verba ſonant aliud, quàm pectore ſentit. Et, Abſenti obtrectant, ſed præſenti benè dicunt.

Porrò quum familiæ tum maximè conſerventur, quando uxor mariti conſilia arcana neque curiosè indagat, neque abſque illius ſententia quicquam facere conatur, utrumque à Junonis exemplo commonſtravit. Alterum quidem Jovi dicenti attribuens, Conſilium ne quæſo meum cognoſcere tentes Omne, ſoror, conjunxque mea. Alterum autem Junoni, Ne quando poſt hac mihi ſuccenſere velis, ſi Clam te conveniam Oceanum, laticemque profundum.

Præterea nec hoc poëtam latuit, quod apud omnes in uſu eſt, ut ii, qui in bellum deſcenderunt, aut in periculo conſtituti ſunt, aliquid familiaribus ſuis mandent. Siquidem Andromache Hectorem deflens, ait, Non etenim moriens mihi dextram jungere tentas, Nec monitis oneras viduam prudentibus ullis, Quæ meminiſſe juvet noctesque, dieſque dolentem. Penelope verò mandatorum Ulyſſis mentionem facit, quæ dixerat, quando in expeditionem ibat, Haud ſcio num reducem Deus, an ne velit periiſſe Pergama apud Trojæ, quapropter ſit tibi curæ Noſter uterque parens, velut hactenus atque magis nunc, Quando ego digredior, linquens chariſſima quæque, Videris aſt ubi Telemaρον μὲν κεύθῃ ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ εἴπῃ. καὶ, Οἵ τ' εὖ μὲν βάζουσι, κακῶς δ' ὄπιθεν φρονέουσι.

Τῶν δὲ οἴκων μάλιστα σωζομένων ὁπόταν γυνὴ μή τε τὰς ἀπορρήτους διανοίας τοῦ ἀνδρὸς πολυπραγμονῇ, μήτε ἄνευ τῆς γνώμης αὐτοῦ πράσσειν τι ἐπιχειρῇ, ἑκάτερον ἐκ τῆς ἥρας ὑπέδειξε. τὸ μὲν πρότερον τῷ διὶ λέγοντι περιθεὶς, Ἥρη, μὴ δὴ πάντας ἐμοὺς ἐπιέλπεο μύθους Εἰδήσειν· τὸ δὲ ἕτερον τῇ ἥρᾳ, Μήπως μοι μετέπειτα χολώσεαι, αἴκε σιωπῇ Οἴχωμαι πρὸς δῶμα βαθυῤῥόου ὠκεανοῖο.

Τὸ δὲ καὶ τοὺς ἐξιόντας ἐπὶ πόλεμον, ἢ ἐν κινδύνῳ καθεσῶτας ἐντέλλεσθαί τι τοῖς οἰκείοις, εἰθισμένον παρὰ πᾶσιν, οὐκ ἠγνόησεν ὁ ποιητής. ἡ μὲν γὰρ ἀνδρομάχη κλαύσασα τὸν ἕκτορα, φησὶν, Οὐ γάρ μοι θνήσκων λεχέων ἐκ χεῖρας ὄρεξας· Οὐδέ τι μοι εἶπας πυκινὸν ἔπος, οὔ τέ κεν αἰεὶ Μεμνήμην νύκτας τε καὶ ἤματα δακρυχέουσα. ἡ δὲ πηνελόπη τῶν τοῦ ὀδυσσέως ἐντολῶν μνημονεύει, φήσαντος ὁπότε ἐξῄει, Τῷ οὐκ οἶδ' εἴ κέν μ' ἀνέσει θεὸς, ἦ κεν ἀλώω, Αὐτοῦ ἐνὶ τροίῃ, σοὶ δ' ἐνθάδε πάντα μελόντων, Μεμνῆσθαι πατρὸς καὶ μητέρος ἐν μεγάροισιν, Ὡς νῦν, ἢ ἔτι μᾶλλον, ἐμεῦ ἀπὸ νοσφιν ἐόντος Αὐταὰρ ἐπειδὴ παῖδα γενειήσαντα ἴδηαι,

Γήμασθ' ᾧ κ' ἐθέλησθα, τεὸν κατὰ δῶμα λιποῦσα. οἶδε καὶ ἐπιτρόπους, Καί οἱ ἰὼν ἐν νηυσὶν ἐπέτρεπεν οἶκον ἅπαντα, Πείθεσθαί τε γέροντι, καὶ ἔμπεδα πάντα φυλάσσειν.

Τὰ δὲ ἐπὶ ταῖς θανάτοις τῶν οἰκείων πένθη, οὔτε ἄμετρα εἶναι ἀξιοῖ, (ἀγενὲς γὰρ τοῦτο) οὔτε παντελῶς ἐκκεκόφθαι ἐᾷ (ἀδύνατον γὰρ τὸ ἀπαθὲς ἐπὶ ἀνθρώπων.) ὅθεν λέγει τὰ τοιαῦτα. Ἀλλ' ἤτοι κλαύσας καὶ ὀδυρόμενος μεθέηκεν. Τλητὸν γὰρ μοῖραι θυμὸν θέσαν ἀνθρώποισιν. ἐν ἄλλοις δέ φησιν, Ἀλλὰ χρὴ τὸν μὲν καταθάπτειν ὅς κε θάνῃσι, Νηλέα θυμὸν ἔχοντας, ἐπ' ἤματι δακρύσαντας.

Ἔγνω δὲ καὶ εἶνα ἃ καὶ νῦν ἐν ταῖς ταφαῖς νομίζεται ἔν τε ἄλλοις, καὶ ἐν τούτοις, Ἔνθα ἑ ταρχύσουσι καὶ σίγυνητοί τε ἔται τε, Τύμβῳ τε, στήλῃ τε· τὸ γὰρ, γέρας ἐστὶ θανόντων. καὶ οἷα ἡ ἀνδρομάχη φησὶν εἰς τὸν ἕκτορος νέκυν γυμνὸν κείμενον, Αἰόλαι ἐυλαὶ ἔδανται, ἐπεί κε κύνες κορέσωνται, Γυμνόν· ἀτάρ μοι εἵματ' ἐνὶ μεγάροισι κέονται Λεπτά τε καὶ χαρίεντα, τετυγμένα χερσὶ γυναικῶν. Ἀλλ' ἤτοι τάδε πάντα καταφλέξω πυρὶ κηλέῳ. Οὐδὲν σοί γ' ὄφελος, ἐπεὶ οὐκ ἐγκείσεαι αὐτοῖς, Ἀλλὰ πρὸς τρώων, καὶ τρωϊάδων κλέος

cho barbam cecidisse Primam, nube viro conjunx cuicunque voles, sed Ædibus in nostris regnabit filius idem. Novit & procuratorum rationem, Nave abiens, procurat uti domus omnis adesset Ad nutum senioris, & ut rata cuncta manerent.

Luctus vero in familiarium funeribus, neque immoderatos (illiberale namque hoc est) probat, neque prorsus è medio tolli (eo quod homines istum affectum exuere nequeant) permittit. Unde talia dicit, Sed lachrymans sanè accessit, lamentaque miscens, Parce namque animos hominum fecere miscllos. In aliis verò ait, Convenit hunc sepelire statim qui mortuus, & si Cottidie lachrymas animo fundamus acerbo.

Novit autem illa, quæ etiamnum in sepulturis legitima putantur, idque cum in aliis, tum in his, Ornabunt inibi tumulum, statuentque columnam Fratres, ac socii pretium quod manibus amplum. Et qualia Andromache ad nudum ac jacens Hectoris cadaver inquit, Vermes te comedent varii, canibus saturatis, Ædibus at nostris tibi vestimenta reposta, Filo pertenui quæ texuerant mulieres. Ast hæc cuncta dabo flammis, quod nullius usus Nunc tibi sunt, animus non hæc desiderat ultra, Sed potius Phrygios, Phrygiasque nurus decorarent. Ad hunc modum & Penelope

εἶναι.

funebrem Laërti heroi veſtem adornat. Atque hæc quidem moderata ſunt. Quod verò Achilles, modum in his excedendo, cum alia animantia, tum homines in Patrocli pyra comburat, non ut laudet hoc dicit. Propterea & acclamat, Facta ſed is mala mente volutat.

εἶναι. οὕτω καὶ ἡ πηνελόπη τὴν ἐσθῆτα κατασκευάζει λαέρτῃ ἥρωϊ ταφήϊον. καὶ ταῦτα μὲν, μέτρια. τὸ δὲ περισσὰ τούτων ζῶα ἄλλά τε καὶ ἀνθρώπους ἐπικαίειν τὸν ἀχιλλέα τῇ τοῦ πατρόκλου πυρᾷ, οὐκ ἐπαινῶν λέγει. διὸ καὶ ἐπιφωνεῖ, — κακὰ δὲ φρεσὶ μήδετο ἔργα.

Cœmeteria quoque primus excitavit, Omnibus è campo ductum ſtruimus monumentum. Funebria quoque certamina primus monſtravit. Atque hæc hominibus cum in pace, tum in bello conſtitutis communia ſunt.

Καὶ τὰ πολυάνδρια δὲ πρῶτος ἤγειρε, Τύμβον δ' ἐκ πεδίου ἔναχεύομεν ἐξαγαγόντες. καὶ τοὺς ἐπιταφίους ἀγῶνας ἔδειξε πρῶτος. ταῦτα μὲν, κοινὰ τῶν τε ἐν εἰρήνῃ, καὶ τῶν ἐν πολέμῳ καθεσώτων.

Cæterum rei bellicæ (quam & militarem quidam vocant) peritiam poëſis illa (utpote pedeſtri pugna, murali, navali, arietibus, & ſingulari certamine variegata) multa quoque imperatoria complectitur, quorum pauca in medium adducere, haud indignum videtur. In acie namque convenit equitatum ſemper primo ordine collocari, peditatum verò ſequi; id quod ad hunc modum oſtendit, Prima acie ponit currus, equiteſque veloces, Poſtrema pedites multos locat, egregioſque.

ΤΗΝ ΔΕ περὶ τοὺς πολέμους ἐμπειρίαν, ἣν καὶ τακτικήν τινες καλοῦσιν, ἡ ποίησις πεποικιλμένη μὲν πεζομαχίαις, τειχομαχίαις, ἐπιναυμαχίαις, παρατάξεσι, μονομαχίαις. πολλὰ δὲ καὶ στρατηγικὰ περιέχουσα, ὧν ὀλίγα παραθέσθαι ἐσὶν ἄξιον. ἐν γὰρ ταῖς παρατάξεσιν ἀεὶ χρὴ προτετάχθαι τὸ ἱππικὸν, καὶ ἕπεσθαι τὸ πεζόν. καὶ τοῦτο δὲ δείκνυσιν οὕτως, Ἱππῆας μὲν πρῶτα σὺν ἵπποισι καὶ ὄχεσφι, Πεζοὺς δ' ἐξόπιθεν στήσας πολέας τε καὶ ἐσθλούς.

Et ut militum duces in ſingulis ordinibus ſint, Septem aderantque duces vigilum, juveneſque cuique Centum aderant, manibus geſtantes ſpicu-

Καὶ τὸ εἶναι ἐν τοῖς στρατιώταις ἡγεμόνας κατὰ τάξεις. Ἑπτ' ἔσαν ἡγεμόνες φυλάκων, ἑκατὸν δὲ ἑκάστῳ Κοῦροι ἅμ' ἕσειχον δόλιχ' ἔγχεα χερσὶν ἔχοντες. καὶ

τῶν ἡγεμόνων τοὺς μὲν προαγωνίζεσθαι, ἐν πρώτοις τεταγμένους· τοὺς δὲ, κατόπιν γενομένους, ἐπείγειν τοὺς λειπομένους πρὸς τὴν μάχην, Οἱ δ' ἀμφ' Ἰδομενῆα δαΐφρονα θωρήσσοντο· Ἰδομενεὺς μὲν ἐνὶ προμάχοις σὺ εἴκελος ἀλκήν· Μηριόνης δ' ἄρα οἱ τυμάτας ὤτρυνε φάλαγγας.

Καὶ ἔτι δεῖ τοὺς δυνάμει διαφέροντας ἐν τοῖς ἔξω στρατοπεδεύειν, ὥς περ τεῖχος τῶν λοιπῶν περιβεβλημένους· τὸν δὲ βασιλέα ἐν τῷ ἀσφαλεστάτῳ (τουτέστι τῷ μεσαιτάτῳ κατασκηνοῦν, δείκνυσιν, ἐν τῷ τοὺς μὲν γενναιοτάτους, τὸν Ἀχιλλέα καὶ τὸν Αἴαντα, ἐν τοῖς ἐσχάτοις μέρεσι τῶν νεῶν κατεσκηνωκέναι· τὸν δὲ Ἀγαμέμνονα καὶ τοὺς ἄλλους ἀρίστους, ἐν τῷ μέσῳ.

Καὶ τὸ ἐν τῷ στρατοπεδεύεσθαι χάρακάς τε περιβάλλεσθαι, καὶ τάφρους ἀποσκάπτειν, εἰς εὖρος καὶ βάθος, καὶ σκόλοψι κύκλῳ διαλαμβάνειν, ὡς μήτε ὑπερπηδᾶν τινα διὰ πλάτος, μή τε διὰ βάθος κατιέναι δύνασθαι. γίνεταί τε ἐν τοῖς πολεμίοις καὶ παρ' Ὁμήρῳ, — ἀπὸ γὰρ δειδίσσετο τάφρος Εὐρεῖ, οὔτ' ἄρ' ὑπερθορέειν σχεδὸν, οὔτε περῆσαι Ῥηϊδίη· κρημνοὶ γὰρ ἐπηρεφέες περὶ πᾶσαν Ἔσασαν ἀμφοτέρωθεν· ὕπερθεν δὲ σκολόπεσσιν Ὀξέσιν ἠρήρεις· οὓς ἔσασαν υἱες ἀχαιῶν

la longa. Denique & ducum quoſdam inter principia pugnare; quoſdam verò in extrema acie, reliquos ad pugnandum exhortari decet, Arma rapit, quicunque ſitus juxta Idomenea, Idomeneus ſed apro ſimilis, qui robore magno, Prima acie pugnat, poſtremas excitat autem Meriones illi valida virtute phalanges.

Præterea quum viribus præſtantes in exterioribus partibus caſtrametari conveniat, ut reliquis tanquam murus circumjecti ſint, regis verò tabernaculum in medioximo, hoc eſt, tutiſſimo figi, ad hunc modum id oſtendit, cum generoſiſſimos quoſque, Achillem & Ajacem, in extremis navium partibus; Agamemnonem vero, & reliquos optimates, in medio tetendiſſe ait.

Porro cum vallum circa caſtra injicere ſoleant, foſſas in latum & profundum ducere, eaſque palis per circuitum ita interſepire, ut nullus eas propter latitudinem tranſilire, neque propter altitudinem in eas deſcendere poſſit, idem & apud Homerum fit, Foſſa etenim fuit illa timori, Lata, nec ut ſalias, nec ſit penetrabilis ulli. Namque ab utroque labro ſtetit ingens aggere vallum. Deſuper at compacta fuit ſudibus præacutis, Quos Danai craſſos, magnoſque priu ſtatuêre, Eſſugium ut certum

Πυκνοὺ

fierent, queis Martia corda.

Porrò qui isthæc sectantur, generosam mortem oppetunt, Non studio sine, non inglorius interiturus, Ast aliquid faciens, quo lauder posteritati. Et rursus, Vulneribus quicunque necem sibi sentit adesse, Mortem obeat, sic pro patria est occumbere clarum.

ἀείκὲς ἀμυνομένῳ περὶ πάτρης

Atque præstantibus quidem viris ob res bene gestas præmia distribuuntur, Munera dat præstantibus, egregiis ducibusque. Aciei vero desertoribus comminatur, Quemcunque à ratibus longè deprendo volentem, Isthic atra manet mors hunc.

In pugnis autem quemadmodum, & quàm differenter, & quàm variè Heroas & vulnerare, & vulnerari fingat, quid dicere attinet? Illud verò admonitu dignum est, quod eos, qui adversa vulnera acceperunt, illustriores existimamus, utpote qui persistendo ac perseverando animi promptitudinem declarent. A tergo autem, & à scapulis ictos, ignominiosiores, quippe qui hoc inter fugiendum perpessi sint. Quorum utrumque apud Homerum est, Vulnera ne tergo capias, cerviceque nulla, Ventre sed adverso, sed pectore fixa sagitta Condecoret, primaque velis decernere pugna, Et rursus, Nunquam mi

Πυκνοὺς καὶ μεγάλους, δηίων ἀνδρῶν ἀλεωρήν.

Καὶ μαχόμενοι θνήσκουσιγενναίως οἱ τούτοις ἑπόμενοι, Μὴ μὰν ἀσπουδεί γε καὶ ἀκλειῶς ἀπολοίμην, Ἀλλὰ μέγα ῥέξας τι καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι. καὶ πάλιν, — ὃς δέ κεν ὑμέων Βλήμενος ἠὲ τυπείς, θάνατον καὶ πότμον ἐπίσπῃ, Τεθνάτω. οὔ οἱ Τεθνάμεν.

Καὶ τοῖς μὲν ἀρισεῦσι γέρα νέμεται, Ἄλλα δ' ἀρισήεσσι δίδου γέρα, καὶ βασιλεῦσι· τοῖς δὲ λειποτάκταις ἀπειλεῖ, Ὃν δ' ἂν ἐγὼν ἀπάνευθε νεῶν ἐθέλοντα νοήσω, Αὐτοῦ οἱ θάνατον μητίσομαι.

Ἐν δὲ ταῖς μάχαις ὃν μὲν τρόπον, καὶ ὅπως διαφόρως, καὶ ποικίλως τοὺς ἥρωας ποιεῖ τιτρώσκοντας, καὶ τιτρωσκομένους, τί δεῖ λέγειν; ἐκεῖνο δὲ ὑπομνῆσαι ἄξιον, ὅτι τοὺς μὲν πρόσθεν τετρωμένους, ἐνδοξοτέρους ἡγούμεθα, ἅτε τὴν ἐκ τοῦ συνεχάναι καὶ παραμένειν προθυμίαν δεικνύοντας· τοὺς δὲ τὸ νῶτον, ἢ τὸ μετάφρενον πεπληγότας, ἀτιμοτέρους, ὡς ἐν τῷ φεύγειν τοῦτο πεπονθότας. καὶ ταῦτα οὖν ἑκάτερά ἐσι παρ' ὁμήρῳ, Εἴπερ γάρ κε βλεῖο πονευμενος, ἠὲ τυπείης, Οὐκ ἂν ἔπ' αὐχέν' ὀπισθε πέσοι βέλος, οὐδ' ἐνὶ νώτῳ, Ἀλλά κεν ἢ στέρνων, ἢ νηδύος ἀντιάσειε

τιάσειε Πρόσσω ἰεμένοιο μετὰ προμάχων ὀαρίσῦν. καὶ πάλιν, Οὐ μέν μοι φεύγοντι μεταφρένῳ ἐν δόρυ πήξεις, Ἀλλ' ἰθὺς μεμαῶτι διὰ στήθεσφιν ἔλασσον. χρησίμως δὲ καὶ ἐν τῇ τροπῇ τῶν πολεμίων παραινεῖ, μὴ περὶ τὰ σκῦλα γίνεσθαι, μηδὲ ἐνδιδόναι καιρὸν φυγῆς, ἀλλ' ἐγκεῖσθαι καὶ διώκειν, Μή τις νῦν ἐναρων ἐπιβαλλόμενος, μετόπισθεν Μιμνέτω, ὥς κεν πλεῖσα φέρων ἐπὶ νῆας ἵκηται. Ἀλλ' ἄνδρας κτείνωμεν, ἔπειτα δὲ καὶ τὰ ἕκηλοι Νεκροὺς ἀμπεδίον συλήσετε τεθνειῶτας.

scapulis figes hastam fugienti, Sed cupio adverso ferias me pectore promptum. Commodè autem in hostium fuga admonet, ne circa spolia occupati sint, neve hostibus aufugiendi occasionem dent, sed instent ac persequantur. Exuviis inhians nullus post terga maneto, Ut spolia ampla queat naves perferre Pelasgas, Hostibus occisis, tum demum incumbite prædæ, Exuvias hominum campo passim legitote.

Ἔστι δὲ παρ' αὐτῷ πάσης ἡλικίας κατορθώματα, ὑφ' ὧν πᾶς ὁστισοῦν ἐπαρθείη. ὁ μὲν ἀκμάζων, ὑπὸ τοῦ ἀχιλλέως, καὶ αἴαντος, καὶ διομήδους· ὁ δὲ νεώτερος, ὑπὸ τοῦ ἀντιλόχου, καὶ τοῦ μηριόνου· ὁ δὲ μεσαιπόλιος, ὑπὸ τοῦ ἰδομενέως, καὶ τοῦ ὀδυσσέως· ὁ δὲ γέρων, ὑπὸ τοῦ νέσορος. καὶ πᾶς βασιλεὺς ὑπὸ τούτων ἁπάντων, καὶ τοῦ ἀγαμέμνονος. τοιαῦτα μὲν τῶν πολιτικῶν λόγων, καὶ πράξεών ἐστι παρ' ὁμήρῳ τὰ λήμματα.

Sunt denique apud eum omnis ætatis rectè facta, à quibus unusquisque animari possit. In ipso quidem ætatis flore existens, ab Achille, Ajace, & Diomede. Junior autem, ab Antilocho, & Diomede. Semicanus vero, ab Idomeneo & Ulysse. Senex, à Nestore. Atque quivis rex à cunctis istis regibus, præsertim Agamemnone. Hujusmodi quidem decreta & dictorum, & factorum civilium, apud Homerum sunt.

ΘΕΑΣΩΜΕΘΑ δὲ καὶ περὶ τῶν ἰατρικῶν, εἰ καὶ τούτων μὴ εἶχεν ἀπείρως ὅμηρος. καὶ ὅτι μὲν πολλοῦ ἀξίαν τὴν τέχνην ὑπελάμβανε, δῆλον ἐκ τούτου, Ἰατρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων. δοκεῖ δὲ ἡ ἰατρικὴ, ἐπιστήμη εἶναι νοσερῶν καὶ ὑγιει-

Cæterum videamus & de medicina, num & hujus peritiam Homerus habuerit. Quod eam multi fecerit, ex illo constat, Vir medicus multos alios superaverit unus. Videtur autem medicina esse scientia morbidorum, & sanorum, id quod ex hisce aliquis conjece-

νῶν·

rit. Primum quod sit scientia, Præ cunctis scius est medicus mortalibus aptus. Deinde quod salubrium, & insalubrium, Pharmaca multa salubria, mixta, nociva tenebat. Quo versu utrunque istorum innuit.

Estque medicinæ pars contemplativa, quæ per universales rationes, & per compendium in particularium cognitionem inducit. Cujus rursum partes sunt, signorum observatio, & causarum morbos continentium notitia. Practica vero, quæ ejusdem effectum tractat. Cujus partes sunt, victus ratio, chirurgia, & medicamentaria. Quo igitur pacto unicuique istorum Homerus incubuit? Eo quod obscurè in isto significat, se partem speculativam cognitam habere, Talia pharmaca habet consulta, Jovis pia nata. Consulta enim ideo vocat, quod secundum artem contemplativam instructa essent.

Signorum autem observationem per Achillem palam facit. Quum enim Chironis discipulus esset, primus morbi (qui Græcos invaserat) causam deprehendit. Norat enim communes ægrotationes ab Apolline (qui idem esse cum sole videtur) ortum habere. Is namque anni tempora inducit, quæ si intemperata fuerint, morborum causas præ-

νῶν· ἅπερ ἐκ τούτων ἄν τις μάθοι, ὅτι μὲν ἐπιστήμη, ἰητρὸς δὲ ἕκαστος ἐπιστάμενος περὶ πάντων. ὅτι δὲ ὑγιεινῶν καὶ νοσερῶν, φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρὰ, σημαίνει τούτων ἑκάτερον.

Ἔστι μὲν τῆς ἰατρικῆς, θεωρητικὸν μὲν, τὸ διὰ τῶν καθολικῶν λόγων καὶ διὰ μεθόδου ἐπάγον ἐπὶ τὴν τῶν κατὰ μέρος γνῶσιν. (τούτου δὲ αὖ μέρη, τὸ μὲν, σημειωτικὸν, τὸ δὲ, αἰτιολογικόν) πρακτικὸν δὲ, τὸ διὰ τῆς ἐνεργείας αὐτῆς βαδίζον· (τούτου δὲ μέρη, τὸ μὲν, διαιτητικὸν, τὸ δὲ, χειρουργικὸν, τὸ δὲ, φαρμακευτικόν) πῶς οὖν ἑκάστῳ τούτων ὅμηρος ἐπιβέβληκεν; ὅτι μὲν γὰρ θεωρητικόν τι εἶναι ἐπίσταται, ἐν τούτῳ αἰνίσσεται, Τοῖα διὸς θυγάτηρ ἔχε φάρμακα μητιόεντα. μητιόεντα γὰρ λέγει, δηλονότι κατὰ τέχνην θεωρητικὴν ἐσκευασμένα.

Τὸ δὲ σημειωτικὸν ἄντικρυς ἰσορεῖ διὰ τοῦ ἀχιλλέως. μαθητὴς γὰρ ὢν χείρωνος, πρῶτος τὴν αἰτίαν τῆς καταεχούσης τοὺς ἕλληνας νόσου κατενόησε· συνιδὼν ὅτι τὰ ἐπιδήμια νοσήματα ἐκ τοῦ ἀπόλλωνός ἐστιν, ὅς γε δοκεῖ εἶναι ὁ αὐτὸς τῷ ἡλίῳ. οὗτος γὰρ τὰς ὥρας τοῦ ἔτους ἐπάγει. αἵ περ ὅταν ὧσι δυσκράτως διακείμεναι, νοσήματος αἰτίαι κα-

θίσανται. καὶ γὰρ τὸ ὅλον, τήν τε σωτηρίαν, καὶ τὸν ὄλεθρον, τῶν μὲν ἀνδρῶν, τῷ ἀπόλλωνι, τῶν δὲ γυναικῶν, τῇ ἀρτέμιδι (τουτέστι τῷ ἡλίῳ καὶ τῇ σελήνῃ) ἀνατίθησι· τοξότας μὲν αὐτοὺς ποιῶν, διὰ τὴν τῶν ἀκτίνων βολήν. οὕτω δὲ διορίζων τὸ ἄῤῥεν καὶ τὸ θῆλυ, ἐπεὶ καὶ θερμότερον φύσει τὸ ἄῤῥεν γένος. διὰ ταῦτα γοῦν φησι, τὸν μὲν τηλέμαχον τηλικοῦτον εἶναι, ἀπόλλωνός γε ἕκητι· τὰς δὲ τυνδάρεω κούρας ὑπὸ ἀρτέμιδος ἠυξῆσθαι. τοὺς δὲ θανάτους αὐτοῖς ἀνατίθησιν, ἔν τε ἄλλοις πολλοῖς, καὶ ἐν οἷς διορίζει, Τοὺς μὲν ἀπόλλων πέφνεν ἀπ' ἀργυρέοιο βιοῖο, Χωόμενος νιόβῃ, τὰς δ' ἄρτεμις ἰοχέαιρα. ὅπου δὲ καὶ τὴν τοῦ κυνὸς ἐπιτολὴν διηγεῖται, σημεῖον καὶ αἴτιον τοῦτο ἐκκαύσεως καὶ νόσων. Λαμπρότατος μὲν ὅγ' ἐσὶ, κακὸν δέ τε σῆμα τέτυκται, Καί βροτοῖσιν.

Αἰτιολογεῖ δὲ ἐν οἷς λέγει περὶ τῶν θεῶν. Οὐ γὰρ σῖτον ἔδουσ', οὐ πίνουσ' αἴθοπα οἶνον. Τοὔνεκ' ἀναίμονές εἰσι, καὶ ἀθάνατοι καλέονται. ἡ γὰρ τροφὴ, ἥτε ξηρὰ καὶ ὑγρὰ, αἵματός ἐσι γεννητική. τοῦτο δὲ τρέφει μὲν τὸ σῶμα, πλεονάσαν δὲ ἢ διαφθαρὲν, νόσων αἴτιον γίνεται.

Τὸ δὲ πρακτικὸν μέρος τῆς ἰατρικῆς οὕτως ἀκριβοῖ, ἐν ᾧ ἐσι

bent. Nam in universum, virorum salutem & exitium, Apollini; mulierum, Dianæ, hoc est, Soli & Lunæ, acceptum ferunt. Quos jaculatores quidem ob radiorum jactum fingit. In marem vero & fœminam ideo secat, quod masculinum genus naturâ calidius sit. Quapropter & Telemachum Apollinis ductu in tantum virum evasisse inquit, Tyndari autem filias Dianæ beneficio adoleviſſe. Præterea & mortes istis attribuit, idque cum in aliis multis, tum in quibus secernit, Arcitenens jaculis hos Phœbus Apollo necavit, Dum Niobæ succensèt, & has pharetrata Diana. Adhæc ubi canis exortum recensèt, signum, & causam ipsam æstus ac morborum, Splendidus est certè, sed pessima quæque minatur, Ac generat febres miseris mortalibus idem.

τε φέρει πολλὸν πυρετὸν δειλοῖσι

Morborum autem causas reddit, in quibus de diis ait, Nec comedunt fruges, nec vina nigrantia potant, Sanguine ob idque carent, immortalesque vocantur. Cibus namque sive humidus, sive siccus, sanguinem generat, atque is corpus nutrit. Nimius autem, vel corruptus, morborum causa est.

Practicam autem medicinæ partem (sub qua & victus ra-

καὶ

tio continetur) accuratè tenet. Siquidem diuturnos, & acutos morbos primus novit, ut quando dicit, Quæ, rogo te, domuit tam lenta morte, sororum, Fila trahunt hominis quæ, num valetudo diurna, Numve Diana potens jaculis confecit acutis?

καὶ διαιτητικόν. πρῶτον μὲν γὰρ οἶδε τὰ χρόνια τῶν νοσημάτων, καὶ τὰ ὀξέα, ὡς ὅταν λέγῃ, Τίς νύ σε κὴρ ἐδάμασσε τανηλεγέος θανάτοιο; Ἦ δολιχὴ νοῦσος, ἦ ἄρτεμις ἰοχέαιρα Οἷς ἀγανοῖς βελέεσσιν ἐποιχομένη κατέπεφνεν;

Constat autem eum quoque frugalem diætam salubrem existimare. Finxit namque Heroës assis vesci carnibus, ad tollendum circa edulia curiositatem. Porrò quum venter assidua saturatione opus habeat (quando prioribus cibis concoctis, id quod corpori affine est, in cor ac venas digesserit, ac excrementa per secessum ejecerit) hujusmodi inquit, Sed cœnare prius quanquam sinitote, dolentem, Non etenim pejus quicquam ventre imperioso, Qui meminisse sui jubet, imperat atque subinde. Et rursus, Mandere me jubet hic, nec non potare frequenter, Ex animo tollit mala cuncta, repleréque mandat.

Φανερὸς δέ ἐσι καὶ τὴν λιτὴν δίαιταν ὑγιεινὴν ὑπολαμβάνων· πεποίηκε γὰρ τοὺς ἥρωας ὀπτοῖς κρέασι χρωμένους, περιελὼν τὴν περὶ τὰ βρώματα περιεργίαν. καὶ ἐπεὶ ἡ γαστὴρ ἀεὶ δεῖται πληρώσεως, ὅταν τὰ πρότερα σιτία καταπεφθέντα, τὸ μὲν οἰκεῖον τῷ σώματι, εἰς καρδίαν, καὶ τὰς φλέβας ἀναπέμψῃ, τὸ δὲ περισσὸν ἐκβάλῃ, τοιαῦτά φησιν, Ἀλλ' ἐμὲ μὲν δορπῆσαι ἐάσσατε κηδόμενόν περ. Οὐ γάρ τι συγερῇ ἐπὶ γαστέρι κύντερον ἄλλο Ἔπλετο, ἥτ' ἐκέλευσεν ἔο μνήσασθαι ἀνάγκη. καὶ πάλιν, — ἡ δὲ μάλ' αἰεὶ Ἐσθέμεναι κέλεται καὶ πινέμεν. ἐκ δέ με πάντων Λανθάνει ὅσσ' ἔπαθον, καὶ ἐνιπλήσασθαι ἀνώγει.

Novit præterea & vini in utendo discrimina, quod immodicè quidem sumptum noceat, modicè verò, prosit. Illud quidem ad hunc modum, Vinum mellifluum, quod multos lædit ineptos, Si quis potet id immodicè, ac se ingurgitet isto. Hoc autem sic, Corpora fessa juvat, reficitque

Οἶδε δὲ καὶ οἴνου χρήσεως διαφοράς. ὅτι ὁ μὲν πολὺς πονηρὸς, βλαβερός· ὁ δὲ μέτριος, ὠφέλιμος. τὸ μὲν οὕτως, Οἶνός σε τρώει μελιηδής, ὅς τε καὶ ἄλλους Βλάπτει, ὃς ἄν μιν χανδὸν ἕλῃ, μηδ' αἴσιμα πίνῃ. τὸ δὲ, ἐκείνως, Ἀνδρὶ δὲ κεκμηῶτι μένος μέγα οἶνος ἀέξει· καὶ ὅτι δυνάμεως

ποιητικός. Ὃς δέ κ' ἀνὴρ οἴνοιο κορεσσάμενος, καὶ ἐδωδῆς, Ἀνδράσι δυσμενέεσσι πανημέριος πολεμίζῃ, Θαρσαλέον νύ τοι ἦτορ ἐνὶ φρεσὶν, οὐδέ τι γυῖα Πρὶν κάμνει, πρὶν πάντας ἐρωῆσαι πολέμοιο. καὶ τὸν μὲν ἡδὺν, εἰς τὰς φιλοφροσύνας παραλαμβάνει, Ὣς φάτο, ποντόνοος δὲ μελίφρονα οἶνον ἐκίρνα. τὸν δὲ σφοδρὸν, καὶ καρωτικὸν, τῷ κύκλωπι ὁ ὀδυσσεὺς τίθησι· τὸν δὲ σύφοντα, πρὸς ἴασιν. οὗτος γάρ ἐστιν ὁ πράμνειος, ὃν τῷ μαχάονι τετρωμένῳ δίδωσιν.

Ὅπως δὲ καὶ γυμνασίοις χρῆσθαι παραγγέλλει, φανερὸν ἐκ πολλῶν. ἀεὶ γὰρ πονοῦντας ποιεῖ. τοὺς μὲν, ἐν τοῖς προσήκουσιν ἔργοις, τοὺς δὲ, δι' ἐπιτηδευμάτων. ὁπότε καὶ τοὺς μάλισα τῇ ἡδυπαθείᾳ κεχρημένους φαίακας, καὶ τοὺς ἀσώτους μνηστῆρας, γυμναζομένους εἰσάγει. καὶ πόνους μὲν τοὺς αὐτάρκεις αἰτίους ὑγιείας οὕτως νομίζει· τῶν δὲ καταβαρούντων τὸ σῶμα καμάτων, ἴαμα τὸν ὕπνον εἶναι. φησὶ γὰρ τῷ ὀδυσσεῖ κεκμηκότι ἀπὸ τῆς θαλάσσης ὕπνον ἐπελθεῖν, — ἵνα μιν παύσειε τάχισα Δυσπραγέος καμάτοιο. ἡ γὰρ φύσις ἀπαιτεῖ τὸ κεκμηκὸς σῶμα ἀναπαύεσθαι. καὶ ἐν ᾧ ὀλίγον τὸ θερμὸν ὑπάρχει, τοῦτο ἐπεὶ οὐ δύναται πάντη ἐξικνεῖσθαι, ἐν τῷ βάθει μένειν. πῶς δὲ ἀναπαύε-

suavis Iacchus. Et quod vires corroboret. Sed quicunque satur fuerit vinoque ciboque, Perdius esse potest pugnando contra inimicos, Pectore confidens ut sit, nec membra labascant, Antea quàm cunctos in pugna vicerit hostes. Et dulce quidem ad hilaritatem conciliandam facere putat, Dixit Pontonous sed dulcia fundere vina. Acre autem, & capiti nocivum Ulysses Cyclopi apponit. Adstringens vero medelæ adhibet. id enim Pramnium est, quod Machaon saucio dat.

Quod autem gymnasticæ operam dare præcipiat, ex multis constat. Semper enim labori intentos fingit, idque partim pro cujusque officio, partim exercitii causa. Quippe qui Phæacas voluptati operam dantes, & procos quantumvis luxu diffluentes, tamen ipsos se exercere introducat. Atque ita labores ad sanitatem conservandam sufficere putat. Somnum autem corpori defatigato mederi. Ulyssi namque ex marinis laboribus fesso, somnum obrepsisse inquit, Allevet utque statim hunc ingente labore gravatum. Natura namque expetit, ut corpus labore defectum, requiescat. Et in quo parum caloris est, hunc (quia non potest undiquaque penetrare) in imo manere. Quo autem pacto corpus re-

ται

quieſcit? quia animæ contentio remittitur, & membra ſolvuntur. Id quod perſpicuè dixit, Decumbens placitum carpebat membra ſoporem. Porrò quemadmodum immoderatus uſus in aliis omnibus nocivus eſt, ſic & de immoderato ſomno Homerus ſentit, dum aliquando ait, Ceſſet & multus ſomnus: nonnunquam vero, Ceſſet & pernox vigiliarum cuſtodia.

Novit præterea & aëris temperiem ad ſanitatem conferre, in quibus ait, Elyſium in campum mittéris, & ultima terræ, Auſpicio divûm, retinet loca quæ Rhadamanthus, Et qua parte homini ſolet eſſe facillima vita. Nulla inibi nec nix, nec grandis hiems, pluviæque Non ullæ, Oceanus mittit ſed leniter auras Spirantes Zephyri, queis felices recreentur. In quibus hæc duo potiſſimum rectè pernoviſſe videtur, primum quod venti ex humore naſcantur, deinde, quod quum calor animanti inſitus ſit, refrigerio opus habeat. Præterea & paſſionum medelas novit. In Sarpedone namque fingit, exanimatis refrigerationem conducere. Reſpiravit, ubi flatus Boreæ recreabat Exanimem, aſpirans animo, qui liquerat illum. Calorem autem frigoris remedium eſſe, in Ulyſſe tempeſtatibus acto, demonſtrat, dum eum arbuſtis & materiâ

ται τὸ σῶμα; ὅτι ἡ σύσασις τῆς ψυχῆς ἀνίεται, καὶ τὰ μέλη τοῦ σώματος λύεται, καὶ τοῦτο ἐναργῶς εἶπεν, Εὖδε δ' ἀνακλινθεῖσα, λύθεν δέ οἱ ἄψεα πάντα. τὸ δὲ ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἄμετρον, οὐκ ὂν ὠφέλιμον, καὶ ἐπὶ τοῦ ὕπνου ἀποφαίνεται, ποτὲ μὲν εἰπὼν, — ἀνίη καὶ πολὺς ὕπνος. ποτὲ δὲ, -- ἀνίη καὶ τὸ φυλάσσειν Πάννυχον ἐγρήσσοντα.

Ἐπίσταται δὲ καὶ ἀέρων εὐκρασίαν ὑγιείας οὖσαν παρασκευαστικὴν, ἐν οἷς φησιν, Ἀλλά σ' ἐς ἠλύσιον πεδίον, καὶ πείρατα γαίης, Ἀθάνατοι πέμψουσιν (ὅθι ξανθὸς ῥαδάμανθυς· Τῇ περ ῥηϊδίη βιοτὴ πέλει ἀνθρώποισιν· Οὐ νιφετὸς, οὔτ' ἄρ χειμὼν πολὺς, οὔτέ ποτ' ὄμβρος. Ἀλλ' αἰεὶ ζεφύροιο λιγὺ πνείοντας ἀήτας Ὠκεανὸς ἀνίησιν, ἀναψύχειν ἀνθρώπους) ἐν οἷς δύο ταῦτα μάλιστα ὀρθῶς διεγνωκὼς φαίνεται, ὅτι τε ἡ ἀρχὴ τῶν ἀνέμων ἀπὸ τῶν ὑγρῶν γίνεται, καὶ ὅτι τὸ ἔμφυτον τοῦ ζώου θερμὸν δεῖται ἀναψύξεως. καὶ ἰάματα δὲ παθημάτων οἶδε· λειποθυμίας μὲν, ἀνάψυξιν, (ὅπερ καὶ ἐπὶ τοῦ σαρπηδόνος ποιεῖ, Αὖθις δ' ἀμπνύνθη· περὶ δὲ πνοιὴ Βορέαο, Ζώγρει ἐπιπνείουσα κακῶς κεκαφηότα θυμόν) ψύξεως δὲ, θέρμην, ὡς ἐπὶ τοῦ ὀδυσσέως κεχειμασμένου, ὃς ἐν τῷ θάμνῳ κρύπτεται, ἔνθα καὶ ἀνέμων καὶ

ὄμβρων

ὄμβρων ἦν ἡ σκέπη. καὶ τῇ παρούσῃ ὕλῃ καλύπτεται. καὶ ὅπου δὲ λουτρὰ, καὶ χρίσματα, ὡς ἐπὶ τοῦ διομήδους, καὶ τοῦ ὀδυσσέως, ἐκ τῆς νυκτεγερσίας ἀνακομισθέντων. καὶ γὰρ οἵαν ὠφέλειαν ἔχει τὰ λουτρὰ, διὰ τούτων μάλιστα δηλοῖ, Θυμῆρες κεράσασα κατὰ κρατός τε καὶ ὤμων. φανερὸν οὖν ὅτι ἐντεῦθεν ἔχοντα τὴν ἀρχὴν τὰ νεῦρα, εἰκότως ἀπ' αὐτῶν καὶ τὴν ἴασιν τοῦ κόπου λαμβάνει· αὕτη δέ ἐστιν ἡ διὰ τοῦ θερμανθῆναι, καὶ ὑγρανθῆναι· ξηραίνουσι γὰρ οἱ κόποι.

Λοιπόν ἐστι σκοπεῖν ὅπως καὶ τὰ τῆς χειρουργίας κατενόησε. τὸν μὲν δὴ μενέλαον ὁ μαχάων ἰᾶται, πρῶτον ἐκκομισάμενος τὸ βέλος, ἔπειτα σκεψάμενος τὸ ἕλκος, καὶ ἐκπιέσας τὸ αἷμα, καὶ ξηρὰ φάρμακα ἐπιπάσας. καὶ τοῦτο πρόδηλον, ὅτι τεχνικῶς αὐτῷ πράσσεται. τὸν δὲ εὐρύπυλον κατὰ τοῦ μηροῦ τετρωμένον, πάτροκλος πρῶτα μὲν τῷ εὐπορηθέντι μαχαιρίῳ διαχειρίζει, ἔπειτα ἀπονίψας ὕδατι λιαρῷ, ὡς ἀνωδυνώτερον γένοιτο, ῥίζαν ἐπιβάλλει. πολλαὶ γὰρ πανταχῇ πρὸς ἴασιν ἑλκῶν πεφύκασιν. ἔγνω δὲ καὶ τοῦτο, ὡς τὰ πικρὰ φάρμακα πρὸς τὸ ξηραίνειν ἐστὶν ἐπιτήδεια· ξηραίνεσθαι δὲ χρῄζει νος ὁ πάτροκλος ἀπῆλθεν· ἀλλ'

isthîc obviâ ita contectum scribit, ut à ventorum & pluviarum vi protegeretur. Alicubi verò lavacra, & unguenta: ut in Diomede, & Ulysse, qui per ea à defatigatione, quam ex nocturnis vigiliis contraxerant, curati sunt. Etenim qualem commoditatem lavacra habeant, in his potissimum declarat, Grata lavacra caput, humerosque lavando, refudit. Constat igitur quum nervi hinc originem habeant, quod & laboris medelam ab illis sumi consentaneum sit. Ea autem calefaciendo & siccando fit. Labores enim arefaciunt.

Reliquum est ut consideremus, quo pacto & chirurgicam partem tenuerit. Menelao quidem Machaon ita medetur, ut primo jaculum eximat, deinde ulcus inspiciat, sanguinem exprimat, ac sicca medicamenta inspergat. Idque artificiosè ab eo fieri, perquam manifestum est. Eurypylum verò Patroclus primum cultello penetrabili pertractat, deinde aqua calida eluit, ac ut dolor mitigaretur, radicem adhibet. Multæ namque passim ad ulcerum medelam proveniunt. Novit præterea quod medicamenta amara ad siccandum idonea sint, & quod ulcera siccatione opus habeant. Quin & Patroclus eum sanaturus non statim abiit, sed assidebat, ac sermonibus τὰ ἕλκη. καὶ οὐκ εὐθέως ἰασάμε- Ἧστό τε, καὶ τὸν ἔτερπε λόγοις.

ἔδει

oblectabat. Dolenti namque consolatione erat opus. Machaonem verò in humero non magna, nec letali plaga vulneratum, negligentiore diæta uti meritò fingit; ac fortasse illius in hac arte peritiam ostendit. Qui enim alios quosque convenienti diæta curabat, seipsum sanare poterat.

ἔδει γὰρ τῷ ὀδυνωμένῳ παραμυθίας. τὸν δὲ μαχάονα τρωθέντα οὐ μεγάλην, οὐδὲ καίριον πληγὴν ἐπὶ τοῦ ὤμου, εἰκότως ἀφυλακτοτέρᾳ διαίτῃ ποιεῖ χρώμενον· ἴσως καὶ τὴν τέχνην αὐτοῦ δείκνυσιν. ὁ γὰρ τὰ ἄλλα ὡς ἔτυχε διαιτώμενος, ἑαυτὸν ἰᾶσθαι ἐδύνατο.

Illud verò etiam apud eum animadvertendum est, quod non ignoret, medicorum pharmacorum quædam emplastrata & inspersiva esse, ut quando ait, Lenia sanè pharmaca inspergebat; quædam vero poculenta, ubi Helena pharmacum crateri immiscet, Nepenthes adimens iram, mala cunctaque tollens. Ad eundem modum, & venenatorum pharmacorum alia illinitiva esse novit, ut in istis, Pharmacon interimens homines sectatur ut illo Inficiat jaculum æratum. Alia verò poculenta, ut in illis, Crateri injiciens, ut cunctos perdere possit. Tantum de re medica Homeri.

Κἀκεῖνο δέ ἐσι κατανοῆσαι παρ' αὐτῷ, ὅτι οὐκ ἀγνοεῖ τῶν ἰατρικῶν φαρμάκων, τὰ μὲν ἐπίπλασα, καὶ ἐπίπασα, ὡς ὅταν εἴπῃ, —ἐπ' ἀρ ἤπια φάρμακα πάσσε. τὰ δὲ ποτὰ, ὅπου ἡ ἑλένη τῷ κρατῆρι μίσγει φάρμακον νηπενθὲς, ἄχολόν τε, κακῶν ἐπίληθες ἁπάντων. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον, καὶ τῶν δηλητηρίων φαρμάκων τὰ μὲν ἐπίχρισα οἶδεν, ὡς ἐν τούτοις, Φάρμακον ἀνδροφόνον διζήμενος, ὄφρα οἱ εἴη ἰοὺς χρίεσθαι χαλκήρεας. τὰ δὲ ποτὰ, ἐν ἐκείνοις, Ἐν δὲ βάλῃ κρητῆρι, καὶ ἡμέας πάντας ὀλέσσῃ. ταῦτα μὲν καὶ περὶ τῶν παρ' ὁμήρῳ ἰατρικῶν.

Porrò quemadmodum medicina hominibus conducit, sic & divinatio. Cujus unam quidem partem Stoici artificialem esse dicunt (ut est extorum inspectio, augurium, oraculum, sortes, & signa, quæ in universum artificialia ab illis appellantur,) alteram vero inartificialem, & quæ non docetur,

Ὠφελοῦνται δὲ οἱ ἄνθρωποι, ὥσπερ ἀπὸ τῆς ἰατρικῆς, οὕτως ἔσιν ὅτε καὶ ἀπὸ τῆς μαντικῆς. ταύτης οὖν τὸ μὲν, τεχνικόν φασιν εἶναι οἱ σωϊκοί· (οἷον, ἱεροσκοπίαν καὶ οἰωνοὺς, καὶ τὸ περὶ φήμας, καὶ κληδόνας, καὶ σύμβολα, ἅπερ συλλήβδην τεχνικὰ προσηγόρευσαν) τὸ δὲ,

ἄτεχνον

ἄτεχνον καὶ ἀδίδακτον, τουτέστιν ἐνύπνια καὶ ἐνθουσιασμούς. οὐδὲ ταῦτα οὖν ὅμηρος ἠγνόησεν· ἀλλ' οἶδε μὲν μάντεις καὶ ἱερεῖς καὶ ὀνειροπόλους, ἔτι δὲ καὶ οἰωνισὰς, καί τινα ἐν ἰθάκῃ σοφὸν, Ὄρνιθάς τε γνῶναι, καὶ ἐναίσιμα μυθήσασθαι. καὶ ὀδυσσεὺς φησὶν εὐχόμενος, Φήμην τίς μοι φάσθω ἐγειρομένων ἀνθρώπων Ἔνδοθεν, ἔκτοσθεν δὲ διὸς τέρας ἄλλο φανήτω. καὶ πτερμὸς δὲ παρ' αὐτῷ σύμβολον ἀγαθὸν γίνεται. τοῖς δὲ μνηστῆρσιν ἐφίσαται ἔνθεος μάντις, ἐκ τινος ἐπιπνοίας σημαίνων τὰ μέλλοντα. ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ ἕλενος αὐτήκοος φησὶ θείας φωνῆς γεγονέναι, (ὡς γὰρ ἐγὼν ὅπ' ἄκουσα θεῶν αἰειγενετάων) παρέχει πιστεύειν ὅτι καὶ σωκράτης ἀπὸ τῆς τοῦ δαιμονίου φωνῆς ἐμαντεύετο.

ut sunt somnia & vaticinationes. Neque isthæc Homerus ignoravit, imò verò vates, sacerdotes, & somniorum interpretes novit. Præterea & augures, & quendam in Ithaca sapientem, Augurium norit, necnon qui commoda dicat. Et Ulysses votum faciens ait, Numinis instinctu oraclum referat mihi quisquam, Aut Jovis ostentum videam, doceatque tremendo. Sternutatio quoque apud eum boni ominis est. Procis autem vates divinus assistit, qui numinis afflatu futura significat. Quandoquidem verò Helenus se divinæ vocis auditorem fuisse prædicit, (Auribus hisce meis vocem hausi namque deorum) Credendi occasionem præbet, quod & Socrates ab illius dæmonii voce responsum peteret.

Τίς ἔτι καταλείπεται λογικὴ τέχνη, ἢ ἐπιστήμη; ἀλλὰ μὴν καὶ ἡ τραγῳδία τὴν ἀρχὴν ἔλαβεν ἐξ ὁμήρου, εἰς ὄγκον πραγμάτων καὶ λόγων ἐπαρθεῖσα. ἔστι γὰρ παρ' αὐτῷ πᾶν εἶδος τραγῳδίας, ἔργα μεγάλα καὶ παράδοξα, καὶ θεῶν ἐπιφάνειαι, καὶ λόγοι φρονήματος μεστοὶ, καὶ ἠθῶν παντοίων μιμητικοί. συνελόντι δὲ εἰπεῖν, ὅτι οὐδὲν ἄλλο, ἀλλ' ἢ δράματα, αὐτοῦ ἐστι τὰ ποιήματα, σεμνὰ μὲν καὶ ἐπηρμένα τῇ λέξει, καὶ τῇ διανοίᾳ,

Quæ præterea rationalis ars, aut scientia reliqua fit? Imò verò & Tragœdia (quæ & rerum, & verborum magnificentia gaudet) ab Homero originem sumpsit. Omnes namque Tragœdiæ species apud eum sunt, facta magnifica & admiranda, deorum apparitiones, orationes fastu turgidæ, ac omnigenorum morum imitatrices. Et ut summatim dicam, poëmata ejus nihil aliud sunt, quàm actus graves & sublimes, sive dictionem, sive

καὶ

res ac ſententias ſpectes. Nec impiorum facinorum demonſtrationes (ut ſunt nuptiæ illegitimæ, liberorum aut parentum cædes, aut alia portenta, quæ à recentiori Tragœdia finguntur) continent. Imò verò quum ejuſmodi quippiam commeminit, delictum magis contegere, quam convitiis inceſſere conatur. Ut in Clitæmneſtra fecit. Ait namque, eam bona mente præditam eatenus fuiſſe, quatenus philoſophum, hoc eſt, præceptorem quendam ab Agamemnone conſtitutum ſecum habebat, qui ei optima quæque præcipiebat. Iſto autem è medio ſublato, tum demum ab Ægiſtho ad peccandum illectam eſſe. Adhæc quod Oreſtes patrem jure ultus ſit, Ægiſtho necato, quum interim matris interemptionem obticuerit. Hæc atque alia iſtiuſmodi multa apud poëtam, ſcribentem Tragœdiam gravem & humanam, videre licet.

Nihilominus autem & Comœdia indidem alicundè occaſionem cœpit. Deprehendit namque in eo (quamvis gravia & ſublimia narret) quod introductiones quædam ſint, riſum moventes. Eam ob cauſam Vulcanus quidem in Iliade claudicans, & diis vina infundens introducitur. Excitat immenſum riſum cœleſtibus ille. Therſites autem corpore turpiſſimus, & animo ſceleſtiſſimus, ob tumultum, male-

καὶ τοῖς πράγμασιν, οὐκ ἔχοντα δὲ ἀνοσίων ἔργων ἐπιδείξεις, γάμους ἀθεμίτους, ἢ παίδων, ἢ γονέων σφαγὰς, ἢ ὅσα ἄλλα ἡ νεωτέρα τραγῳδία τερατεύεται. ἀλλὰ καὶ ὅταν τοιούτου τινὸς ἐπιμνησθῇ, ἐπικρύπτειν μᾶλλον ἢ ὀνειδίζειν πειρᾶται τὸ ἁμάρτημα. ὡς ἐπὶ τῆς κλυταιμνήστρας πεποίηκε. φησὶ γὰρ ὅτι φρεσὶ κέχρητ' ἀγαθῇσι τὸ πρότερον, ἕως παρόντα εἶχε τὸν ἀοιδὸν, τουτέστι διδάσκαλόν τινα, ὑπὸ τοῦ ἀγαμέμνονος ἐπισταθέντα, ὅπως αὐτῇ τὰ ἄριστα παραινῇ. τοῦτον δὲ ἐκποδὼν ὁ αἴγισθος θέμενος, παρέπεισεν αὐτὴν ἐξαμαρτάνειν. καὶ ὅτι ὁ ὀρέστης δικαίως ἐτιμωρήσατο τῷ πατρὶ, τὸν αἴγισθον ἀποκτείνας, τὴν δὲ τῆς μητρὸς ἀναίρεσιν ἀπεσίγησε. καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα ἰδεῖν ἐστι παρὰ τῷ ποιητῇ, τραγῳδίαν σεμνὴν καὶ οὐκ ἀπάνθρωπον γράφοντι.

Οὐδὲν δὲ ἔλασσον καὶ ἡ κωμῳδία ἐνθένδε ποθὲν ἔλαβε τὴν ἀφορμήν. εὗρε γὰρ ὅτι καὶ παρὰ τῷ τὰ σεμνότατα καὶ ὑψηλότατα διηγουμένῳ, ἐπεισόδιά τινα ἐστὶ γέλωτα κινοῦντα. διὸ ἐν τῇ ἰλιάδι ὁ μὲν ἥφαιστος χωλεύων, εἰσάγεται οἰνοχοῶν τοῖς θεοῖς, Ἄσβεστος δ' ἄρ' ἐνῶρτο γέλως μακάρεσσι θεοῖσιν. ὁ δὲ θερσίτης, τῷ τε σώματι αἴσχιστος, καὶ τὴν ψυχὴν κάκιστος, ἐκ τοῦ θορυβεῖν,

καὶ

καὶ κακολογεῖν, καὶ ἀυχεῖν. ἐφ' οἷς τυπτόμενος ὑπὸ τοῦ ὀδυσσέως, πάντας γελᾷν παρεσκεύασεν, Οἱ δὲ καὶ ἀχνύμενοί περ, ἐπ' αὐτῷ ἡδὺ γέλασσαν. ἐν δὲ τῇ ὀδυσσείᾳ ὁ παρὰ τοῖς ἡδυπαθοῦσι Φαίαξι δημοδόκος ᾄδει τὴν ἄρεος καὶ ἀφροδίτης μοιχείαν, καὶ ὅπως ἐμπεσόντες εἰς τὰ τοῦ ἡφαίστου δεσμὰ, κατάφωροί τε ἐγένοντο, καὶ γέλωτα παρέσχον τοῖς ἄλλοις θεοῖς, οἱ καὶ ἔσκωψαν χαριέντως πρὸς ἀλλήλους. καὶ παρὰ τοῖς ἀσώτοις μνησῆρσιν εἰσάγεται ὁ πτωχὸς ἶρος, τῷ γενναιοτάτῳ ὀδυσσεῖ ἐρίζων εἰς πάλην, καὶ ἐν τῷ ἔργῳ φαινόμενος καταγέλαστος. καθόλου γὰρ οἰκεῖόν ἐστι τῇ τοῦ ἀνθρώπου φύσει, μὴ μόνον ἐπιτείνεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἀνίεσθαι, ἵνα καὶ διαρκῇ πρὸς τοὺς ἐν τῷ ζῆν πόνους. τοιαύτη μὲν καὶ ἡ θυμηδία παρὰ τῷ ποιητῇ εὑρίσκεται. εἰ δὲ οἱ μετ' αὐτὸν εἰσαγαγόντες τὴν κωμῳδίαν, λόγοις αἰσχροῖς καὶ ἀποκεκαλυμμένοις εἰς παρασκευὴν γέλωτος ἐχρήσαντο, οὐκ ἂν εἴποιεν ἄμεινόν τι εὑρηκέναι. καὶ γὰρ τῶν ἐρωτικῶν διαθέσεων, καὶ λόγων, ὅμηρος μὲν ἐγκρατῶς ἐπεμνήσθη· (ὡς περ ὁ ζεὺς φησιν, Οὐ γὰρ πώποτέ μ' ὧδε ἔρως φρένας ἀμφεκάλυψε, καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ ἐπί τε καὶ εὐκνήμιδας ἀχαιοὺς νον ἄλγεα πάσχειν, καὶ ὅσα

dicentiam, & insolentiam, ab Ulysse pulsatus, omnibus ridendi materiam præbuit, Tristantes quanquam, riserunt suaviter omnes. In Odyssea verò Demodocus apud Phæacenses, voluptati operam dantes, Martis Veneriſque adulterium canit, & quomodo Vulcani vinculis constricti, in ipsoque facto deprehensi, reliquis diis risum moverint, ita ut jucundis inter se salibus luserint. Quin & apud Procos luxu diffluentes Irus mendicus cum gerosissimo Ulysse lucta decertans, & in ipso facto ridiculus apparens, introducitur. In universum namque hominis naturæ familiare est, ut non solum intendatur, sed etiam remittatur, uti ad labores in vita sustinendos par sit. Ejusmodi quidem animi oblectatio apud Poëtam invenitur. Porrò quum hi, qui post ipsum Comœdiam invexerunt, verbis turpibus & apertis, ad risum ciendum usi sint, nemo illos melius quiddam inveniſſe dixerit. Homerus enim amatoriarum affectionum, & orationum modestè commeminit, ut quando Jupiter ait, Nunquam animum cœpit Veneris mihi filius imum. & cætera. Et de Helena, Non fas est Phrygios, æratos atque Pelasgos, Pro tali muliere diu decernere ferro. Et his similia. Alii verò

τῆς ἑλένης, Οὐ νέμεσις τρῶάς Τοιῇδ' ἀμφὶ γυναικὶ πολὺν χρόνον ἄλγεα πάσχειν, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα) οἱ δ' ἄλλοι ποιη-

ταὶ

poëtæ, homines hoc affectu incontinentius ac immodestius capi finxerunt. Atque hæc quidem hactenus.

Habent autem & epigrammata jucundam orationis speciem, quæ in statuis, ac deinde in monumentis invenitur, succinctè eum denotans, qui alterutro istorum honoratus fuerat. Atqui & istud Homeri est, ubi ait, Continet hocce sepulchrum hominem, quem strenuè agentem Magnanimus quondam occidit Priameius Hector. Et rursus, Hectoris est conjunx, equites qui fortiter inter Trojugenas gessit, tutantes Ilion altum.

Cæterum si quis dicat Homerum picturæ magistrum, nequaquam erraverit. Quum enim quispiam è sapientibus dixerit, poëticam esse loquentem picturam, & picturam esse tacens poëma, quis primus, aut quis plus quàm Homerus, deos, homines, loca, & varia gesta, sensuum imaginatione, aut verborum lenocinio ornavit? Effinxit autem & per dicendi materiam animantia omnifaria, & validissima quæque, leones, sues, pardos. Quorum causam, & dispositionem describens, ac humanis rebus comparans, utrasque proprietates ostendit. Ausus est autem & diis hominum formas tribuere. Porrò Vulcanus

σε δὲ καὶ θεοῖς μορφὰς ἀνθρώπων

ται ἀκρατῶς καὶ ἀμέτρως ἁλισκομένους τῷ πάθει τοὺς ἀνθρώπους ἐποίησαν. καὶ ταῦτα μὲν ἐπὶ τοσοῦτον.

Ἔσι δέ τι χάριεν εἶδος λόγων, καὶ τὸ τῶν ἐπιγραμμάτων, ὅπερ εὑρέθη ἐπὶ τῶν ἀγαλμάτων, καὶ αὖ πάλιν ἐπὶ τῶν μνημάτων, σημαῖνον συντόμως τὸν τούτων τινὶ τετιμημένον. ἀλλὰ καὶ τοῦτο ὁμήρου, ὅπου φησὶν, Ἀνδρὸς μὲν τόδε σῆμα πάλαι κατατεθνειῶτος, Ὃν ποτ' ἀριζεύοντα κατέκτανε φαίδιμος ἕκτωρ. καὶ πάλιν, Ἕκτορος ἥδε γυνὴ, ὃς ἀρίζευεσκε μάχεσθαι Τρώων ἱπποδάμων, ὅτε Ἴλιον ἀμφεμάχοντο.

Εἰ δὲ καὶ ζωγραφίας διδάσκαλον ὅμηρον φαίη τις, οὐκ ἂν ἁμαρτάνοι. καὶ γὰρ εἴπέ τις τῶν σοφῶν, ὅτι ἔσιν ἡ ποιητικὴ, ζωγραφία λαλοῦσα· ἡ δὲ ζωγραφία, ποιητικὴ σιωπῶσα. τίς οὖν πρῶτος, ἢ τίς μᾶλλον ὁμήρου τῇ φαντασίᾳ τῶν νοημάτων, ἢ τῇ εὐφωνίᾳ τῶν ἐπῶν ἐκόσμησε θεοὺς, ἀνθρώπους, τόπους, πράξεις ποικίλας; ἀνέπλασε δὲ τῇ ὕλῃ τῶν λόγων καὶ ζῶα παντοῖα, καὶ μάλισα τὰ ἀλκιμώτατα, λέοντας, σύας, παρδάλεις; ὧν τὰς ἀφορμὰς καὶ διαθέσεις ὑπογράψας, καὶ ἀνθρωπείοις πράγμασι παραβαλὼν, ἔδειξεν ἑκατέρας τὰς οἰκειότητας. ἐτόλμησε δὲ καὶ τοῖς τὴν ἀσπίδα τῷ ἀ-

χιλλεῖ κατασκευάσας ἥφαιστος, καὶ ἐντορεύσας τῷ χρυσῷ γῆν, οὐρανὸν, θάλασσαν· ἔτι δὲ μέγεθος ἡλίου, καὶ κάλλος σελήνης, καὶ πλῆθος ἄστρων στεφανούντων τὸ πᾶν, καὶ πόλεις, ἐν διαφόροις τρόποις, καὶ τύχαις καθεστώσας, καὶ ζῶα κινούμενα, καὶ φθεγγόμενα, τίνος οὐ φαίνεται τέχνης τοιαύτης δημιουργοῦ τεχνικώτερος;

clypeum Achilli fabrefaciens, ac terram, cœlum, mare auro insculpens. Prætera solis magnitudinem, lunæ venustatem, & siderum (quæ totum cœlum ornant) multitudinem, ac urbes variis moribus ac fortuna utentes, denique animalia, quæ moventur, & loquuntur, quo tandem hujusmodi artis opifice non videtur artificiosior?

Ἴδωμεν δὲ καὶ ἐπ' ἄλλου ἑνὸς ἐκ πολλῶν παραδείγματος, ὅτι ὁρωμένοις μᾶλλον ἢ ἀκουομένοις ἔοικε τὰ ποιήματα. ὥσπερ οὖν καὶ τὰ τοιαῦτα, ἐν οἷς τὴν οὐλὴν τοῦ ὀδυσσέως φράσας, ἐπιφέρει τὰ τῆς εὐρυκλείας, Τὴν γρηῢς χείρεσσι καταπρηνέσσι λαβοῦσα, Γνῶ ῥ' ἐπιμασσαμένη, πόδα δὲ προέηκε φέρεσθαι. Ἄψ δ' ἐτέρωσ' ἐκλίθη· τὸ δ' ἐπὶ χθονὸς ἐξέχυθ' ὕδωρ. Τὴν δ' ἅμα χάρμὰ καὶ ἄλγος ἕλε φρένα. τῷ δέ οἱ ὄσσε, Δακρυόφιν πλῆσθεν, θαλερὴ δέ οἱ ἔσχετο φωνή. Ἁψαμένη δὲ γενείου, ὀδυσσῆα προσέειπεν, Ἦ μάλ' ὀδυσσεύς ἐσσι, φίλον τέκος. οὐδέ σ' ἔγωγε Πρὶν ἔγνων πρὶν πάντα ἄνακτ' ἐμὸν ἀμφαφάασθαι. Ἦ καὶ πηνελόπειαν ἐσέδρακεν ὀφθαλμοῖσι, Πεφραδέειν ἐθέλουσα, καὶ τὰ ἑξῆς. ἐνταῦθα γὰρ καὶ τῶν ἐν πίνακι γραπτῷ δεδειγμένων τῶν ὑπὸ τὸν ὀφθαλμὸν πεσεῖν δυναμένων, ἐμφαίνεται πλείω τὰ μηδὲ

Videamus autem & in alio uno è multis exemplo, quod poëmata iis magis conformia sint, quæ visu, quàm quæ auditu percipiuntur. Qualia sunt hæc, in quibus Ulyssis cicatricem narrans, ea, quæ ab Euryclea fiunt, inducit, Hanc anus arripiens manibus pronisque, fovensque, Agnovit, rejicitque pedem, qui lapsus in undam Cum sonitu, effúdit lympham, totumque lebetem. Lætitia atque dolor simul hanc tum cœperat ingens, Et lachrymis maduere genæ, & vox faucibus hæsit. Poltea sed mulcens barbam, compellat Ulyssem, Haud dubium, quin sis soboles mea, charus Ulysses, At te non prius agnovi, quàm vulnus herile Attigeram, hæc dicens, aspexit Penelopeam, Significare volens, &c. Isthîc enim etiam eorum, quæ in picta tabula monstrantur, & ob oculos ponuntur, innuit complura esse, quæ non visu, sed sola cogitatione compre-

hendi queant, ut est pedis præ stupore dimissio, ærei lebétis sonitus, aqua effusa, aniculæ cum tristitia, tum gaudium, ejusdem ad Ulyssem verba, denique quæ ad Penelopen respiciens, dicere conata est. Multa præterea & alia graphicè apud poëtam demonstrantur, quæ in ipsa lectione spectare licet.

ποιητῇ δείκνυται, ἅπερ ἐν αὐτῇ

Hic tempus est, ut orationem finiam, quam veluti coronam è florido & variegato contextam prato, Musis dedicamus. Nec nobis curæ fuerit, si quis reprehendat, quod quum Homeri poëmata rerum malarum argumentum contineant, ei rationes physicas, civiles, morales, & varias scientias attribuam. Necessum enim poëtæ fuerat, gesta admiranda & perturbationes, & mores diversos ponere. Quandoquidem bona per se, simplicia, ejusdem speciei, ac omnibus obvia sunt. Quæ autem malis intermixta, multas habent mutationes, & omnimodas dispositiones, ex quibus rerum materia conflatur. In qua deterioribus adjectis, meliorum cognitio & electio facilior fit. Et in summa, istiusmodi argumentum, Poëtæ occasionem movendi omnifarios sermones, suppeditavit, idque

μηδὲ τῇ ὄψει ἔτι καταλῃπτὰ, ἀλλὰ τῇ νοήσει μόνῃ. ἥτε διὰ τὴν ἔκπληξιν ἄφεσις τοῦ ποδὸς, καὶ ὁ ψόφος τοῦ χαλκοῦ, καὶ τὸ ἐκχεόμενον ὕδωρ, καὶ τῆς γραὸς λύπη τε ἅμα καὶ χαρά. καὶ τὰ ῥηθέντα πρὸς τὸν ὀδυσσέα, καὶ ἃ πρὸς τὴν πηνελόπην ἀποβλέψασα εἰπεῖν ἐμέλλησε. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα γραφικῶς παρὰ τῷ τῇ ἀναγνώσει θεάσασθαι ἔνεσιν.

Ἐνταῦθα καιρὸς καταπαύειν τὸν λόγον, ὃν ὡςπερεὶ στέφανον ἐκ λειμῶνος πολυανθοῦς, καὶ ποικίλου πλέξαντες, ταῖς μούσαις ἀνατίθεμεν. καὶ οὐκ ἂν φροντίσαιμεν εἴτις ἐπιτιμήσειεν, ὅτι πονηρῶν πραγμάτων ὑπόθεσιν ἐχουσῶν τῶν τοῦ ὁμήρου ποιήσεων, προσάπτομεν αὐτῷ λόγους φυσικοὺς, πολιτικοὺς, καὶ ἠθικοὺς, καὶ ἐπισήμας ποικίλας. ἀνάγκη μὲν γὰρ ἦν τῷ ποιητῇ πράξεις παραδόξους, καὶ πάθη, καὶ ἤθη διάφορα ὑποθέσθαι. ἐπεὶ τὰ μὲν ἀγαθὰ καθ' ἑαυτὰ, ἁπλᾶ ἐσι καὶ μονοειδῆ, καὶ ἀκατασκεύαστα· τὰ δὲ τοῖς κακοῖς ἀναμεμιγμένα πολλοὺς ἔχει καὶ τρόπους, καὶ παντοίας διαθέσεις, ἐξ ὧν ἡ ὕλη τῶν πραγμάτων συνίσταται. ἐν ᾗ παρατιθεμένων τῶν χειρόνων, ἡ τῶν ἀμεινόνων γνῶσις, καὶ αἵρεσις, ῥᾴων καθίσταται. καὶ τὸ ὅλον, ἡ τοιαύτη ὑπόθεσις παρέσχεν ἀφορμὰς τῷ ποιητῇ παντοδαποὺς κινῆσαι λόγους, τοὺς μὲν, ἀπ' αὐτοῦ, τοὺς

δὲ ἀπὸ τῶν εἰσαγομένων προσώπων· ὥς τε τὴν ἀπὸ τούτων ὠφέλειαν τοῖς ἐντυγχάνουσι παρασχεῖν. πῶς δὲ οὐκ ἂν πᾶσαν ἀρετὴν ἀναθείημεν ὁμήρῳ; ὅπου καὶ ὅσα αὐτὸς μὴ ἐπετήδευσε, ταῦτα οἱ ἐπιγενόμενοι ἐν τοῖς ποιήμασιν αὐτοῦ κατενόησαν. καὶ χρῶνται μέν τινες πρὸς μαντείαν τοῖς ἔπεσιν αὐτοῦ, καθάπερ τοῖς χρησμοῖς τοῦ θεοῦ· ἄλλοι δὲ ἑτέρας ὑποθέσεις προθέμενοι, ἁρμόζουσιν ἐπ' αὐτὰς τὰ ἔπη μετατιθέντες καὶ συνείροντες.

partim ſub ſua, partim ſub aliena perſona, ita ut lectoribus per hæc multum commodaverit. Quo autem pacto non omnem virtutem Homero acceptam feremus? ubi & ea, in quibus ipſe non multum operæ poſuit, poſteri in ejus poëmatibus perpendunt. Dum videlicet quidam ad vaticinium ejus verſibus, tanquam oraculis divinis, utuntur; quidam verò eos tranſpoſitos, & confutos, aliis ſibi argumentis propoſitis aſſumunt.

ΤΈΛΟΣ. FINIS.

ΗΡΑΚΛΕΊ-

ΗΡΑΚΛΕΙΔΟΥ

ΤΟΥ ΠΟΝΤΙΚΟΥ

ΑΛΛΗΓΟΡΙΑΙ

ΟΜΗΡΙΚΑΙ.

HERACLIDIS

PONTICI

ALLEGORIÆ

HOMERI.

NATHANAEL MAZERIUS,

Lectori φιλέλληνι S.

DUm hic Heraclidis Pontici liber excuditur, benevole lector, petiit à me amicus quidam meus, ut Homeri locos quos Heraclides citat quamplurimos, omnes colligerem, & ad oram exteriorem libelli adnotarem: quod onus, quia ei viro quicquam denegare pudor meus non ferebat, satis fortasse temere suscepi: susceptum tamen, quanta potui diligentia ac fide in summis temporis angustiis sustinui. Tu, humane lector, quicquid hoc est, boni consules: ne me aliquot hic, non certe dies, sed horas consumpsisse pœniteat. Quod si Deus Optim. Max. his juvenilibus studiis meis benedicere voluerit, dabo operam ut juvenes φιλόμηροι intelligant, quanto studio & diligentia (eodem illo amico meo auctore ac impulsore) in eo poëta versatus sim.

Vale.

HERACLIDIS Pontici Allegoriæ ſapientiſſimæ, & ſpecialiſſimæ, in Homericas de Diis ſententias; & confutationes eorum qui eum convitiis infectati ſunt.

ΗΡΑΚΛΕΙΔΟΥ Τοῦ Ποντικοῦ ἀλληγορίαι σοφώταται, καὶ εἰδικώταται, εἰς τὰ τοῦ Ὁμήρου περὶ θεῶν εἰρημένα, καὶ ἀντιῤῥήσεις τῶν κατ' αὐτοῦ βλασφημησάντων.

Conrado Geſnero, Medico Tigurino, Interprete.

INGENTEM & gravem ob cauſam, ut quæ cœlum ipſum attineat, læſæ contemptæque Deorum majeſtatis accuſatur Homerus. Et ſanè prorſus tum ipſe impius fuit, ſi non aliud dixit, aliud ſenſit: tum ſcripta ipſius in utraque poëſi ſacrilega ſunt, & impugnante Deos vecordia rabiunt. Quamobrem ſi quis citra philoſophicam contemplationem, & allegoricum ſenſum ejus carmina accipiat, non alius

ΜΕΓΑΣ ἀπ' οὐρανοῦ καὶ χαλεπὸς ἀγὼν Ὁμήρῳ καταγγέλλεται, περὶ τῆς εἰς τὸ θεῖον ὀλιγωρίας. πάντῃ γὰρ ἠσέβησεν, εἰ μηδὲν ἠλληγόρησεν. ἱερόσυλοι δὲ μῦθοι, καὶ θεομάχου γέμοντες ἀπονοίας, δι' ἀμφοτέρων τῶν σωματίων μεμήνασιν. ὥστε εἴ τις ἄνευ φιλοσόφου θεωρίας, μηδενὸς αὐτοῖς ἐφεδρεύοντος ἀλληγορικοῦ τρόπου, νομίζοι κατὰ ποιητικὴν παράδοσιν εἰρῆσθαι,

1 Ηρακλείπου perperam habet inſcriptio, pro Ηρακλείδου. Geſn.

ζώῳ. δύο δὲ τὰς εὐκράτους φασὶν οἰκεῖσθαι, τὴν μέσην ἀφ' ἑκατέρας ζώνης κρᾶσιν ἐπιδεχομένας. ὁ γοῦν ἐρατοσθένης, καὶ σφοδρότερον ἐν τῷ ἑρμῇ ταύτας διηκρίβωσεν εἰπών·

[1] Πέντε δὲ οἱ ζῶναι περιηγέες ἐσπείρηνται,
Αἱ δύο μὲν γλαυκοῖο κελαινότεραι κυάνοιο.
Ἡ δὲ μία ψαφαρή τε καὶ ἔκπυρος, οἷον ἐρυθρή.
Τυπτομένη φλογμοῖσιν ἐπεὶ ῥά ἑ μοῖραν ἐπ' αὐτὴν
Κεκλιμένην ἀκτῖνες ἀειθερέες πυρόωσιν.
Αἱ δὲ δύω ἑκάτερθε πόλοιο περιπεπηγυῖαι,
Αἰεὶ κρυμαλέαι, αἰεὶ δ' ὕδατι μογέουσαι.

ταύτας οὖν ὅμηρος πτύχας ὠνόμασεν, ἐξ ὧν φησιν

-- [2] Ἐπεὶ πέντε πτύχας ἤλασε κυλλοποδίων,

est. Duas autem temperatas inhabitari ajunt, utpote mediocritatem temperamenti utrinque nactas ab extremis. Hæc omnia accuratius ab Eratosthene in Mercurio describuntur his carminibus:

Quinæ sunt, mundum quæ cingunt undique, zonæ.
Ex illis geminas cyani color implet opacus.
Una est, quæ nimio semper torretur ab æstu.
Phœbus enim radiis nunquam non urit acutis,
Hanc sibi subjectam directo tramite partem.
Ast utrinque sitas extremo cardine cœli
Semper habet gelidum frigus, replentur & undis.

Has igitur zonas Homerus plicas nominavit, ubi dicit:

Postquam quinque plicas clypei perfecerat arte

Τὰς

1 Hos Eratosthenis versus ita leges distinctos & emendatos in commentariis summi viri Josephi Scaligeri in Manilium.

Πέντε δέ οἱ ζῶναι περιειλάδες ἐσπείρηντο,
Αἱ δύο μὲν γλαυκοῖο κελαινότεραι κυάνοιο,
Ἡ δὲ μία ψαφαρή τε καὶ ἐκ πυρὸς οἷον ἐρυθρή.
Ἡ μὲν ἔην μεσάτη. ἐκέκαυτο δὲ πᾶσα περὶ πρὸ,
Τυπτομένη φλογμοῖσιν, ἐπεί ῥα ἑ μοῖραν ὑπ' αὐτὴν
κεκλιμένην ἀκτῖνες ἀειθερέες πυρόωσιν.
Αἱ δὲ δύω ἑκάτερθε πόλοις περιπεπηγυῖαι
αἰεὶ φρικαλέαι, αἰεὶ δ' ὕδατι νοσέουσι.
οὐ μὲν ὕδωρ, ἀλλ' αὐτὸς ἀπ' οὐρανόθεν κρύσταλλος
καὶ γαῖαν ἀμπέσχε περίψυχος δὲ τέτυκτο.
ἀλλὰ τὰ μὲν χερσαῖα, καὶ ἀμβατὰ ἀνθρώποισι.
δοιαὶ δ' ἄλλαι ἔασιν ἐναντίαι ἀλλήλῃσι
μεσσηγὺς θέρεός τε καὶ ὑετίου κρυστάλλου,
ἄμφω εὐκρητοί τε καὶ ὄμνιον ἀλδίσκουσι
καρπὸν ἐλευσίνης δημήτερος ἐν δέ μιν ἄνδρες
ἀντίποδες ναίουσι.

2 Hi omnes versus leguntur Il. υ. v. 270.

1 τὸ

Mulciber, ære duas, totidem ſtannóque nitente,
Aſt unam ex auro. -

Extremas quidem in obſcuro mundi receſſu poſitas zonas æri comparavit. Eſt enim ejus materia gelida, & frigore plena. unde Poëta alio quodam in loco ſcribit,

Mordicus arripuit gelidum æs —

Unam verò, nempe torridam, ex auro fecit: quoniam ignis colore ſuo in primis aurum refert. Interiores autem duas ex ſtanno, temperatas innuens. Nam humida planéque tractabilis eſt materia ſtanni, qua blandum & facilem hujus zonæ nobis uſum propoſuit. Hoc ſanè modo in cœleſti & reverenda Vulcanus officina, ſacroſanctam naturam fabricavit.

Sed jam ſubitò dira calumniatorum Homeri & gravis invidia, adverſus Deorum pugnam ab ipſo confictam inſurgit. Non enim hîc

Trojugenûmque & Achivorum contentio ſæva

apud Homerum committitur: ſed perturbationes ac ſeditiones cœli divinitatem imminuunt.

Contra Neptunum ſtabat formoſus Apollo
Arcitenens, fretus pharetra, diriſque ſagittis.

Τὰς δύο χαλκείας, δύο δ' ἔνδοθι κασσιτέροιο,
Τὴν δὲ μίαν, χρυσῆν.

τὰς μὲν ἀνωτάτω κατὰ [1] τὸν ἀλαμπῆ μυχὸν τοῦ κόσμου κειμένας δύο ζώνας χαλκῷ προσεικάσας. ψυχρὰ γὰρ ἡ ὕλη, καὶ κρύους μεστή. λέγει γοῦν ἐτέρωθί που, — [2] ψυχρὸν δ' ἔλε χαλκὸν ὀδοῦσι. τὴν δὲ μίαν χρυσῆν τὴν διακεκαυμένην, ἐπειδήπερ ἡ πυρώδης οὐσία κατὰ τὴν χρόαν ἐμφερεστάτη χρυσῷ. δύο δ' ἔνδοθι κασσιτέροιο, τὰς εὐκράτους ὑποσημαίνων. ὑγρὰ γὰρ ἡ ὕλη, καὶ τελέως εὔθικτος ἡ τοῦ κασσιτέρου, δι' ἧς τὸ περὶ τὰς ζώνας εὐαφὲς ἡμῖν καὶ μαλθακὸν δεδήλωκεν. τὸ μὲν οὖν ἐν οὐρανῷ σεμνὸν ἐργαστήριον ἡφαίστου, τὴν ἱερὰν φύσιν οὕτως ἐδημιούργησεν.

Ἀνίσαται δ' εὐθὺς ὁ φρικώδης καὶ χαλεπὸς ἐφ' ὁμήρῳ τῶν συκοφαντούντων φθόνος ὑπὲρ τῆς θεομαχίας. [3] οὐ γὰρ ἔτι τρώων καὶ ἀχαιῶν φύλοπις αἰνὴ παρ' αὐτῷ συνέῤῥωσεν, ἀλλ' οὐράνιαι ταραχαὶ καὶ σάσεις τὸ θεῖον ἀπονέμονται.

[4] Ἤτοι μὲν γὰρ ἔναντα ποσειδάωνος ἄνακτος,
Ἵστατ' ἀπόλλων φοῖβος ἔχων ἰὰ πτερόεντα.

Ἄντα

Τρώων δ' ὀτρύνθη καὶ Ἀχαιῶν φύλοπις αἰνή.

1 τὰς ἀλαμπὲς MS. Angl. mendoſe.
2 Hemiſtichium ex Il. ε. v. 75.
3 Sic in principio Ilia. ζ.
4 Ilia. υ. verſ. 67. & ſeq.

1 Mo-

Ἄντα δ' ἐνυαλίοιο θεὰ γλαυκῶπις ἀθήνη.
Ἥρῃ δ' ἀντέστη χρυσηλάκατος κελαδεινὴ,
Ἄρτεμις ἰοχέαιρα, κασιγνήτη ἑκάτοιο.
Λητοῖ δ' ἀντέστη σῶκος ἐριούνιος ἑρμῆς.
Ἄντα δ' ἄρ' ἡφαίστοιο, μέγας ποταμὸς βαθυδίνης.

Adversus Martem se opponit cæsia Pallas.
Junoni verò divæ Latonia proles,
Phœbi pulchra soror, armis accincta resistit.
Latonam genitus Maja prohibere parabat.
Hostis Mulcibero pugnat rapidissimus amnis.

[1] οὐκέτι ταῦθ' ἕκτωρ πρὸς αἴαντα μαχόμενος, [2] οὐδ' ἀχιλλεὺς πρὸς ἕκτορα, καὶ μετὰ πατρόκλου σαρπηδών. [3] ἀλλὰ τὸν μέγαν οὐρανοῦ πόλεμον ἀγωνοθετήσας ὅμηρος, [4] οὐδ' ἄχρι μελλήσεως τὸ κακὸν ὥπλισεν. ἀλλ' ὁμόσε τοὺς θεοὺς συνέῤῥαξεν ἀλλήλοις. [5] ἑπτὰ μὲν γὰρ ἄρης
— Ἐπέσχε πέλεθρα πεσὼν, ἐκόνισσε δὲ χαίτας.
μετὰ ταῦτα δὲ ἀφροδίτης
[6] Λύτο γούνατα, καὶ φίλον ἦτορ.
[7] ἄρτεμις δὲ καὶ προσεξύβρισται

Hic non amplius Hector Ajaci, nec Achilles Hectori pugnat, aut cum Patroclo Sarpedon: verum ingens certamen cœli poëta proponit, neque Deos armis solum induit, sed absque ulla cunctatione pugnantes invicem committit.

Collapsus Mavors per septem jugera corpus
Extendit. ——
Deinde Veneri,
Pristina vis genuumque & mentis deficiebat.
Diana verò insuper & contumeliam est passa, arcu proprio, τοῖς

1 Monomachiam Hectoris & Ajacis vide si cupias Iliad. η. descriptam.

2 Quod certamen describitur pene toto libro Iliad. χ.

3 Alludere videtur Heraclides ad verba Homeri quæ habentur Iliad. φ. v. 388.

Ἀμφὶ δὲ σάλπιγξεν μέγας οὐρανὸς, &c

4 Quæ antea passim, ut Ili. ε. Minerva, & Mars, ν Neptunus, ο Apollo, & omnes simul Ilia. υ. sed ad hunc librum φ transitum facit, in quo unico, aperto Marte invicem pugnant Dii: At dicat aliquis Ili. ε. Mars est vulneratus non tam à Diomede, quàm à Minerva. ejus enim hastam. ἐπέρεισε παλλὰς Ἀθήνη Νείατον ἐς κενεῶνα. Quod quamvis verum sit

—— αὐτάρ Ἀθήνη
Δῦν' ἄϊδος κυνέην, μή μιν ἴδοι ὄβριμος ἄρης. Ili. ε. 845.

5 Versus 407. Il. φ. quamvis (μὲν γὰρ Ἄρης) Heraclidis, non Homeri verba sunt. Homerus

Ἑπτὰ δ' ἐπέσχε πέλεθρα &c.

6 Finis versus 425. Iliad. φ. & alibi.

7 Elegans Heraclidis allusio ad hæc verba

tanquam teneræ ætatis virgo, castigata. Xanthus autem impediente Vulcano, propemodum fluvius esse desiit. Verum tota hæc historia ne vulgo quidem prima fronte probabilis videri potest: at si quis penitus Homerica mysteria contempletur, & occultam ejus sapientiam exploret, is demum cognoscet quantum philosophiæ in hac descriptione lateat, quam prius impietatis damnaverat. Sunt igitur quibus arrideat, septem errantium stellarum in uno zodiaci signo conjunctionem ab Homero hac fabula notatam fuisse: quod cum acciderit, interitus universitati rerum imminet. Confusionem igitur universalem innuit, in unum locum Apollinem, id est, Solem, & Dianam, quam Lunam esse dicimus, & Veneris, Martis, Mercurii, Jovísque stellam congregans. Sed hanc interpretationem probabilem potius quàm veram, ne prorsus nobis ignota videretur, commemorare voluimus. Nunc verò clariorem, & Homeri sapientiæ magis convenientem sensum consideremus. Virtutibus igitur vitia, & pugnantes naturas suis contrariis opposuit. Nam

τοῖς ἰδίοις τόξοις, ὡς νηπία κόρη σωφρονισθεῖσα· [1] ξάνθος δὲ παρ' ὀλίγον οὐδὲ ποταμὸς ἐῤῥύη διὰ ἥφαιστον. ὅμως δ' οὖν πάντα ταῦτα κατ' ἀρχὰς μὲν, οὐδ' ὅλως σφόδρα πείθειν δύναται τοὺς πολλούς. εἰ δ' ἐθελήσει τὶς ἐνδοτέρω καταβὰς τῶν ὁμηρικῶν ὀργίων, ἐποπτεῦσαι τὴν μυστικὴν αὐτοῦ σοφίαν, ἐπιγνώσεται τὸ δοκοῦν αὐτῷ ἀσέβημα πηλίκης μεστόν ἐστι φιλοσοφίας. ἐνίοις μὲν οὖν ἀρέσκει τὴν τῶν ἑπτὰ πλανήτων ἀστέρων ἐν ἑνὶ ζωδίῳ σύνοδον ὑφ' ὁμήρου διὰ τούτων δὴ λεχθεῖσαν. φθορὰ δὲ παντελὴς, ὅταν τοῦτο γένηται. σύγχυσιν οὖν τοῦ παντὸς ἐπαινίττεται, συνάγων εἰς ἓν ἀπόλλωνα, τουτέστιν ἥλιον, καὶ ἄρτεμιν, ἣν φαμὲν εἶναι σελήνην, τόν τε τῆς ἀφροδίτης καὶ ἄρεως, ἔτι δὲ καὶ ἑρμοῦ καὶ διὸς ἀστέρα. ταύτην μὲν οὖν πιθανότητος μᾶλλον ἢ ἀληθείας ἐχομένην τὴν ἀλληγορίαν, ἄχρι τοῦ μὴ δοκεῖν ἀγνοεῖν παρειλήφαμεν. ἃ δ' ἔστιν ἐναργέστερα, καὶ τῆς ὁμήρου σοφίας ἐχόμενα, ταύτῃ δὴ σκοπεῖν ἀναγκαῖον. ἀντέταξε γοῦν κακίαις μὲν ἀρετάς· ταῖς δὲ μαχομέναις φύσεσι, τὰς ἀντιπάλους. αὐτίκα, τῶν θεῶν ἡ ζεῦ-

verba Homeri Iliad. φ. v. 489.

Ἦ ῥα καὶ ἀμφοτέρας ὀπὶ καρπῷ χεῖρας ἔμαρπτε
Σκαιῇ, δεξιτερῇ δ' ἄρ' ἀπ' ὤμων αἴνυτο τόξα
Αὐτοῖσιν δ' ἄρ' ἔθεινε παρ' οὔατα μειδιόωσα
Ἐνθροπαλιζομένην, &c.

1 Siquidem ut hoc nostro libro φ. habetur v. 366.

Οὐδ' ἔθελε προρέειν ἀλλ' ἴσχετο, τεῖρε δ' ἀϋτμὴ
Ἡφαίστοιο βίῃφι πολύφρονος.

1 Ver-

ἡ ζεῦξις, οὕτω πεφιλοσόφηται τῆς μάχης, ἀθηνᾶ καὶ ἄρης, τουτέσιν ἀφροσύνη καὶ φρόνησις. ὁ μὲν γὰρ, ὥσπερ ἔφην, [1] Μαινόμενος ἐσὶ τυκτὸν κακὸν, ἀλλοπρόσαλλον. [2] ἡ δ' ἐν πᾶσι θεοῖσι

Μήτί τε κλέεται καὶ κέρδεσιν.
ἀδιάλλακτός γε μὴν ἔχθρα τοῖς τὰ βέλτισα διευκρίνουσι λογισμοῖς πρὸς τὴν οὐδὲν ὁρῶσαν ἀφροσύνην. ὡς δὲ μάλισα τὸν βίον ὀνήσειν ἔμελλεν, οὕτω τὰ τῆς μάχης διευκρίνησεν. οὐ γὰρ ἡ μεμηνυῖα, καὶ παραπλὴξ ἀναισθησία, τῆς συνέσεως γέγονε κρείσσων. ἐνίκησε δὲ ἀθηνᾶ τὸν ἄρην, καὶ κατὰ γῆς ἐξέτεινεν. ἐπειδήπερ ἅπασα κακία χαμαιπετὴς ἐν τοῖς ταπεινοτάτοις ἔρριπται βαράθροις, πατούμενον νόσημα, καὶ πρὸς πᾶσαν ὕβριν ὑποκείμενον. ἀμέλει συνεξέτεινεν αὐτῷ τὴν ἀφροδίτην, τουτέσι τὴν ἀκολασίαν.

[3] Τὼ μὲν ἄρ' ἄμφω κεῖντο ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ,
συγγενῆ, καὶ τοῖς πάθεσι γειτνιῶντα τὰ νοσήματα. λητοῖδ' ἀνθέσηκεν ἑρμῆς. ἐπειδήπερ ὁ μὲν οὐδὲν ἄλλο πλὴν λόγος ἐσὶ τῶν ἔνδον ἐν

ut rem aggrediamur, pugnantia Deorum paria sapienter tradita hæc sunt: Minerva, & Mars mutuò contendunt, hoc est, prudentia & stultitia. Mars enim, ut suprà dixi,

Insanum præsénsque malum, nunc partibus illis:
Nunc aliis socium. ——

Minerva autem inter omnes Deos,

Mente & consiliis præstat. -

Atqui nullo pacto conciliari potest inimicitia rationis optima quæque discernentis, & cæcæ imprudentiæ. Cæterum talem pugnæ eventum diffinivit, qualis utilissimus erat humanæ vitæ futurus. Non enim amens & attonita stoliditas prudentia superior evasit: sed Minerva Martem devicit, ac in terram stravit. Siquidem omnis malitia humi jacet in imis barathris abjecta, & vitium pedibus calcandum, omníque contumeliæ obnoxium, subjectum est. Quin & Venerem, id est, intemperantiam, simul cum ipso prostravit,

Omniparente jacent terra prostratus uterque.

Utpote cognata & vicina affectuum vitia. Latonæ Mercurius obsistit. Nihil enim aliud est quàm ratio & moderatio

ἡμῖν

1 Versus est Il. ε. v. 831. legitur autem

Τὴν, μαινόμενον, τυκτὸν &c.

2 Verba sunt Minervæ Ulyssem ob sui dissimulationem increpantis Od. ν. v. 298. persona tantum immutata

——ἐγὼ ἐν πᾶσι θεοῖσι

Μήτι τε κλέομαι ἠδὲ κέρδεσιν. Legebatur autem vitiosè apud Heraclid. μὴ τὶ pro μήτι.

3 Versus 426. Il. ε. qui in nostris exemplaribus sic legitur

Τὼ μὲν ἄρ' ἄμφω κεῖντο ποτὶ &c.

1 At

insitorum nobis affectuum. Omni autem rationi λητὼ (Latonam dicunt Latini) tanquam ληθὼ quædam (unius literæ mutatione) id est, oblivio adversatur. Nam id amplius enunciari non potest, cujus memoria deleta fuerit. Proinde Musarum matrem Mnemosynem ferunt, rationi & doctrinæ præsides Deas, ex memoria natas inquientes. Ergo jure oblivio contrariam pugnæ partem defendit. Merito autem cessit Mercurio, utpote deterior. est enim oblivio disciplinæ perditio, & quod manifestum erat, surdo silentio victum, memoria ejus omni abolita involvit. Reliquorum autem deorum pugna magis ad naturam est referenda. dicens enim,

Contra Neptunum stabat formosus Apollo,

aquæ ignem opponit. Nam Solem vocat Apollinem, humidam verò naturam, Neptunum: quæ quidem inter se pugnare, probatione non eget. Constat enim alterum ab altero, cui vis major fuerit, corrumpi. Subtili autem veritatis

ἡμῖν παθῶν. λόγῳ δὲ παντὶ μάχεται λητὼ, οἱονεὶ ληθώ τις οὖσα, καθ' ἑνὸς στοιχείου μετάθεσιν· τὸ γὰρ ἀμνημονούμενον οὐκ ἔτι ἀγγελθῆναι δύναται. διὸ δὴ καὶ μητέρα μουσῶν μνημοσύνην ἱστοροῦσι, τὰς προσατίδας τοῦ λόγου θεὰς ὑπὸ μνήμην γεγενῆσθαι λέγοντες. εἰκὸς οὖν τὴν λήθην πρὸς ἀντίπαλον ἅμιλλαν ἐξωρμηκέναι. [1] δικαίως δ' ὑπεῖξεν αὐτή. λόγου γὰρ ἧττα λήθη, καὶ τὸ φανερὸν ὑπ' ἀμνησίας ἐν κωφῇ [2] νενίκηται σιωπῇ, τῶν γε μὴν ὑπολειπομένων θεῶν ἡ μάχη φυσικωτέρα.

[3] Ἤτοι μὲν γὰρ ἔναντα ποσειδάωνος ἄνακτος,
Ἵστ' ἀπόλλων φοῖβος.

ὕδατι πῦρ ἀντέθηκε. τὸν μὲν ἥλιον ἀπόλλωνα προσαγορεύσας, τὴν δ' ὑγρὰν φύσιν ποσειδῶνα. τούτων δὲ ἑκάτερον ὡς ἐναντίαν ἔχει δύναμιν, τί δεῖ καὶ λέγειν; φθαρτικὸν ἀεὶ κατ' ἐπικράτειαν θατέρου θάτερον. καὶ μὴν ὑπὸ λεπτῆς

1 At videtur potius Mercurius Latonæ cessisse, siquidem negat se cum ea pugnaturum quod arduum ac difficile sit, Πλακτίζεσθ' ἀλόχοισι Διὸς νεοληγερέταο, Iliad. ο. v. 499. ideo libenter ei victoriæ gloriam concedit. Nihilominus tamen ea victa esse videtur, quæ sequutam esse filiam fugientem dicitur: quod testantur & hæc Neptuni verba Iliad. υ. v. 141.

— μάλα δ' ὦκα λελιημένος εἶσι
καὶ ἴμῳ ἐλυμπόνδε θεῶν μετ' ὁμήγυριν ἄλλων

Ἡμιτέρης ὑπὸ χερσὶν ἀνάγκη ἶφι δαμέντας. Vide eadem apud Plutarchum in lib. de Homero, cujus hæc sunt verba, τὸν δὲ ἐρεμὸν τῇ λητοῖ ἀντιτάσσει, ὅτι ὁ μὲν λάθῃ ἀεὶ ζητεῖ καὶ μέμνηται, ἡ δὲ λήθη τούτου ἐξίν ἐναντίον.

2 MS. Angl. Editus perperam νενίκηκε.

3 Versus 67. Il. υ. Hujus rei rationem vide etiam apud Plut. in lib. de Homero, καὶ τὸν μὲν Φοῖβον τῷ Ποσειδῶνι ἀντιτάσσει, τὸ θερμὸν καὶ ξηρὸν, τῷ ὑγρῷ καὶ ψυχρῷ.

πτῆς τῆς περὶ τὴν ἀλήθειαν θεωρίας, διαλύει ἀμφοῖν τὴν μάχην· ἐπειδήπερ ἡλίου τροφὴν ἀπεφηνάμεθα τὴν ἔνυγρον οὐσίαν, καὶ μάλισα τὴν ἁλμυράν. λεληθότως γὰρ [1] ἀπὸ γῆς τὸ δίυγρον ἀναισπῶν τῆς ἀτμίδος, τούτῳ μάλισα τὴν πυρώδη φύσιν αὔξει. χαλεπὸν δ' ἦν τῷ τρέφοντι, τὸ τρεφόμενον ἀνθισάμενον, διὰ τοῦθ' ὑπεῖξαν ἀλλήλοις.

[2] Ἥρη δ' ἀντέση χρυσηλάκατος κελαδεινὴ,

([3] Ἄρτεμις ἰοχέαιρα.

οὐδὲ τοῦτ' ἀλόγως εἰσήγαγεν ὅμηρος. ἀλλ' ὥσπερ ἔφην, Ἥρα μέν ἐστιν ἀήρ· τὴν δὲ σελήνην Ἄρτεμιν ὀνομάζει. πᾶν δὲ τὸ τεμνόμενον, ἀεὶ πολέμιόν ἐστι τῷ τέμνοντι καὶ διὰ τοῦτο ἐχθρὰν ἀέρι τὴν σελήνην ὑπεσήσατο, τὴν ἐν ἀέρι αὐτῆς φορὰν, καὶ τοὺς δρόμους ὑποσημαίνων. εἰκὸς δὲ ταχέως νενικῆσθαι τὴν σελήνην, ἐπειδήπερ ὁ μὲν ἀὴρ πολὺς καὶ [4] πάντη κεχυμένος. ἡ δ' ἐλάττων καὶ συνεχῶς ὑπὸ τῶν ἀερίων παθημάτων ἀμαυρουμένη, τοῦτο μὲν ἐκλείψεσι, τοῦτο δ' ἀχλύϊ, καὶ ταῖς ὑποτρεχούσαις νεφέλαις. διὰ τοῦτο τῆς νίκης τὰ βραβεῖα τῷ μείζονι καὶ συνεχῶς βλάπτοντι προσέθηκεν.

tis ſpeculatione contentionem amborum diſſolvit. Quandoquidem Solis alimentum eſſe humidam eſſentiam aſſerimus, & maximè ſalſam. (latenter enim à terra vaporem humidum trahens, præcipuè igneam naturam inde fovet.) non decebat autem nutriendum illi reſiſtere à quo nutritur; probabili cauſa ſibi mutuò ceſſerunt,

Junoni verò divæ Latonia proles,
Phœbi pulchra ſoror armis accincta reſiſtit.

Ne iſtud quidem ab Homero temere introductum eſt: verum, ut dixi, Juno quidem aër eſt, Lunam verò Dianam appellat. Omne autem ſciſſum inimicum eſt ſcindenti. Quapropter adverſam aëri Lunam fecit, motum ejus atque curſus in aëre ſignificans. Conſentaneum verò eſt, Lunam ſtatim ſuperari. Siquidem aër multus eſt, & undique circumfuſus: at Luna minor, & aëriis affectionibus frequenter obſcuratur, partim deliquiis, partim caligine, ac ſubeuntibus nubibus. Proinde victoriæ præmia majori, & ſubinde lædenti contribuit.

[1] Ἄντα

1 Ita MS. Angl. Editus perperam habebat ὑπό.

2 Verſus 70. Iliad. υ. Plutarchus loco citato ſic allegoricè exponit. τὴν δὲ Ἥραν τῷ ἀρτέμιδι, τὸν ἀέρα τῇ σελήνῃ· καθ' ὅπ ὁ μὲν, σταθερὸς, ἀὴρ ὤν, πολυκίνητον. ſupple ex præced. ἀντιτάσει.

3 Hæ duæ voces, Ἄρτεμις ἰοχέαιρα, deſunt in MS. Angl.

4 πάϊν MS. Angl.

1 Il-

Hostis Mulcibero pugnat rapidissimus amnis.

Cum de Apolline ac Neptuno verba faceret, cœlestem nobis ætherem, & immortalem Solis flammam designavit: nunc verò ad mortalem ignem transit, quem adversus fluvium armat, hostilem utriusque naturam pugna committens. Et cum prius Solem Neptuno concedere finxit, jam contrà humidam essentiam ab ignea superari facit. Hoc enim elementum illo validius est. Quis igitur tam insanus fuerit, ut ipsos inter se pugnantes Deos existimet introduci, cum Homerus in istis ad naturam occultè respexerit? Porrò Mercurium propè finem Iliadis manifestissimè comitari Priamum, allegorico sensu confinxit. Nihil enim tam gratum est, aptúmque ad persuadendum homines iratos, non argentum, non aurum, neque munerum magnificentia, quàm orationis suadela, blandum & gratiosum planè supplicantium instrumentum. Euripides igitur verissimè dixit,

Non est aliud quàm sermo Suadelæ templum.

Hoc etiàm Priamus ceu fortissima panoplia se armavit, ejusque opera in primis iram Achillis infregit. Haud enim

[1] Ἄντα δ' ἄρ' ἡφαίστοιο μέγας ποταμὸς βαθυδίνης.

ἐν τοῖς ὑπὲρ ἀπόλλωνος, καὶ ποσειδῶνος λόγοις τὸν οὐράνιον ἡμῖν αἰθέρα, καὶ τὴν ἀκήρατον ἡλίου φλόγα δηλώσας, νῦν μεταβέβηκεν ἐπὶ τὸ θνητὸν πῦρ καὶ τοῦτο ἀνθωπλισε ποταμῷ, τὴν διάφορον ἑκατέρου φύσιν εἰς μάχην παροξύνας. πρότερον μὲν οὖν εἴκοντα τὸν ἥλιον ποσειδῶνι παρεισάγει. νῦν δὲ, τὴν ὑγρὰν οὐσίαν ὑπὸ τῆς πυρώδους ἡττωμένην. δυνατώτερον γὰρ τόδε τὸ στοιχεῖον θατέρου. τίς οὖν οὕτω μέμηνεν, ὡς θεοὺς μαχομένους ἀλλήλοις παρεισάγειν, ὁμήρου φυσικῶς ταῦτα δι' ἀλληγορίας θεολογήσαντος; [2] ἐπὶ τέλει οὖν τῆς ἰλιάδος, καὶ σφόδρα τὸν ἑρμῆν ἐναργῶς ἀκολουθοῦντα πριάμῳ δεδήλωκεν ἀλληγορήσας. οὐδὲν γὰρ ἔοικεν οὕτω πειθήνιον ἀνδράσιν ὀργιζομένοις, ὡς ἄργυρος, οὐ χρυσὸς, οὐδὲ ἡ διὰ δώρων πολυτέλεια· μειλίχιον δὲ καὶ προσηνὲς ἱκεσίας ὅπλον ἐστὶν, ἡ διὰ τοῦ λόγου πειθώ. πάνυ γοῦν ἀληθῶς εὐριπίδης, Οὐκ ἔστι πειθοῦς ἱερὸν ἄλλο πλὴν λόγος· τούτῳ τε πρίαμος ὥσπερ ὀχυρᾷ παντευχίᾳ καθώπλισαι. ᾧ καὶ μάλιστα τὴν ἀχιλλέως ἐπήλασεν ὀρ

γὴν,

1 Il. υ. vers. 73. Plutarchus in lib. de Hom. hunc versum sic allegoricè exponit. Τὸν δ' Ἥφαιστον τῷ ποταμῷ (ἀντιπάσαντι) κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, καθ' ὃν τὸν ἥλιον τῇ θαλάσσῃ.

2 Versu nimirum 360. & sequentibus Iliad. ω.

γὴν, οὐκ ἐν ἀρχῇ δείξας [1] δώδεκα πέπλους, δώδεκα διπλοΐδας χλαῖνας, τάτε λοιπὰ τῶν κομισθέντων δώρων, ἀλλ' αἱ πρῶται τῆς ἱκεσίας φωναὶ τοὺς ἄρσενας αὐτοῦ θυμοὺς ἐξεθήλυναν.

[2] Μνῆσαι πατρὸς σοῖο θεοῖς ἐπιείκελ' ἀχιλλεῦ,
Τηλίκου οἷος ἐγὼν ὀλοῷ ἐπὶ γήραος οὐδῷ.

δι' ὀλίγου προοιμίου τῶν λόγων συνήρπασεν ἀχιλλέα, καὶ σχεδὸν ἀντὶ πριάμου γέγονε πηλεύς. διὰ τοῦτο [3] ἠλέηται μὲν ἄχρι τραπέζης. [4] λουτροῖς δὲ κοσμηθὲν ἀποδίδοται τὸ ἕκτορος σῶμα. τοσοῦτον ἴσχυσεν ὁ τῶν παθῶν [5] ἑ μηνεὺς λόγος, ὃν ἀπέστειλεν ὅμηρος αὐτῷ τῆς ἱκεσίας παράκλητον. ἆρ' οὐκ ἀπόχρη δι' ὅλης τῆς ἰλιάδος συνᾴδουσα καὶ διηνεκὴς ἡ ὁμήρου φιλοσοφία, ἐν ᾗ τὰ περὶ θεῶν ἠλληγόρησε; ζητοῦμεν δὲ τούτων τὶ περιττότερον, καὶ μετὰ τοσαύτας ἀποδείξεις ἐνδεῖν ἔτι τὰ

statim ab initio duodecim peplos, & totidem lænas duplices obtulit, & reliqua secum advecta munera: sed prima supplicationis ejus verba masculum Achillis animum effœminârunt.

Sis memor ô divine tui genitoris Achilles,
Qui mihi nunc similis miseræque in fine senectæ
Æacides Peleus mecum versatur eodem.

Hisce verbis prooemii tam brevis adeò affecit Achillem, ut ei tantum non Peleus ex Priamo factus fuerit. Quocirca tantam est misericordiæ gratiam assecutus, ut mensâ quoque exciperetur, & Hectoris filii corpus lavacris purificatum ei restitueretur. Tantum effecit affectuum interpres oratio, quam Homerus Priamo, veluti supplicationis patronum attribuit. An verò non sufficit concors atque perpetua per Iliadem universam Homeri philosophia, qua de diis allegoricè disseruit: sed quiddam istis amplius desideramus, & post tot demonstrationes adhuc illa quæ

κατὰ

1 Alludit author ad vers. 229. & 230. Il. ω. Ubi notandum hic legi διπλοΐδας, cum in probatis Homeri exemplaribus δ' ἀπλοΐδας legatur. Ego διπλοΐδας præfero.

2 Locus est Il. ω. vers. 486. Laudat hunc locum Quintil. lib. 10. instit. his verbis. Nam epilogo quis unquam poterit illis Priami rogantis Achillem precibus æquari. Hic verò in primo versu σοῖο. in probatis Homeri exempl. σεῖο, in secundo hic, οἷος, ibi, ὥσπερ.

3 Ut est Il. ω. v. 601.
— νῦν δ' μνησώμεθα δόρπου. & ibid. v. 626.
— ἀτὰρ κρέα νεῖμεν Ἀχιλλεύς.
Οἱ δ' ἐπ' ὀνείαθ' ἑτοῖμα προκείμενα χεῖρας ἴαλλον.

4 Ut est Il. ω. v. 582.
Δμωὰς δ' ἐκκαλέσας λοῦσαι κέλετ', ἀμφί τ' ἀλεῖψαι.

5 Elegans allusio ad nomen Mercurii ut jam recte observatum fuerat.

1 ἀπρε-

in Odyssea scribuntur, nobis deesse putamus?

Quandoquidem igitur nulla rerum pulchrarum satietas contingit, à militari & bellicosa Iliade, ad moralem Odysséam transeamus. Nam ne hæc quidem omnino philosophiæ expers est. Sed in utroque poëmate similem sibi Homerum invenimus, qui nihil indecori de numinibus scribat, verum absque omni absurditate ænigmata proponat. Statim igitur ab initio Minervam à Jove ad Telemachum missam legimus, ídque probabili ratione. Siquidem teneram ætatem superans, jámque vigesimum annum excedens, inter viros censeri incipiebat: & cogitatio quædam rerum, quæ fiebant, animum ejus subibat, nempe quod non amplius tolerabilis esset procorum luxuria, quæ ultra quatuor annos jam extendebatur. Hanc igitur in Telemacho obortam rationem, per allegoriam Minervæ adventum nuncupavit. Venit enim illa similis seni. Nam Menten antiquum Ulyssis hospitem se esse fatetur. Canities autem & senectus veluti sacri quidam ætatis ultimæ portus existunt, ac inviolabile receptaculum homi-

κατὰ τὴν ὀδύσσειαν ἡγούμεθα;

Πλὴν ὅμως ἀκόρεστον ἅπαντὸ καλόν. ἀπὸ τῆς ἐναγωνίου καὶ πολεμικῆς ἰλιάδος ἐπὶ τὴν ἠθικὴν μεταβῶμεν ὀδύσσειαν. οὐδὲ γὰρ αὕτη τελέως ἀφιλοσόφητος, ἀλλ' ἐν ἑκατέροις τοῖς σωματίοις ὅμοιον εὑρίσκομεν ὅμηρον, μηδὲν περὶ θεῶν ἀπρεπὲς ἰσοροῦντα, δίχα δὲ τῆς τοιαύτης [1] ἐμπειρίας αἰνιττόμενον. [2] αὐτίκα τοίνυν ἐν ἀρχῇ [3] τὴν ἀθηνᾶν ὑπὸ διὸς ἀποσελλομένην πρὸς τηλέμαχον εὑρίσκομεν, εὐλόγως. [4] ἐπειδὴ ἐκ τῆς ἄγαν νεότητος ἤδη τὴν εἰκοσαετῆ ἡλικίαν ὑπερκύπτων μετέβαινεν [5] ἐπὶ τὸν ἄνδρα. καί τις αὐτὸν ὑπέδραμε τῶν γιγνομένων λογισμὸς, ὡς οὐκ ἔτι χρὴ [6] διαμαρτυρεῖν ἐπὶ τῇ τετραετεῖ τῶν μνηστήρων ἀσωτίᾳ. τοῦτον οὖν τὸν ἀθροιζόμενον ἐν τηλεμάχῳ λογισμὸν, ἀθηνᾶς ἐπιφάνειαν ἠλληγόρησεν. ὁμοιωθεῖσα γὰρ γέροντι ἥκει. [7] παλαιὸς γοῦν ὁμολογεῖται ξένος ὀδυσσέως, ὁ μέντης εἶναι. πολιὰ δὲ καὶ γῆρας ἱεροὶ τῶν τελευταίων χρόνων λιμένες, ἀσφαλὲς ἀνθρώποις ὅρμισμα, καὶ ὅσον ἡ τοῦ σώματος ἰσχὺς ὑποφθίνει, τοσοῦτον

1 ἀφυπείας legendum putavit Gesnerus.

2 Versu nimirum 88. Od. α.

3 At loco citato non à Jove missa, sed sponte profecta dicitur Minerva, Αὐτὰρ ἐγὼν Ἰθάκηνδ' ἐσπλήσομαι, &c. Imo etiam cum de Mercurio mittendo loquitur, ait ὀτρύνομεν. Verum forte fuit Heraclidis σφάλμα μνημονικόν.

4 Allusit ad verba Palladis Od. α. v. 296. & seq.

5 εἰς τον ἄνδρα MS. Angl.

6 Μαρτυρεῖν legendum conjiciebat Gesnerus.

7 Od. ν. vers. 187.

τον ἡ τῆς διανοίας αὔξεται ῥῶσις. τίνα τοίνυν παρεισελθὼν ὁ νοῦς ἐξεπαίδευσε τὸν τηλέμαχον; οὐ θεᾶς παρακαθημένης, καὶ ταῦθ' ἃ λέγει παραινούσης ([1] διὰ πεττεύοντος) [2] ἄγε δή φησιν ὦ τηλέμαχε. μειρακίου γὰρ ἤδη τὶ φρονεῖς πλέον.

[3] Νῆ' ἄρσας ἐρέτῃσιν ἐείκοσιν ἥ τις ἀρίστη,
Ἔρχεο πευσόμενος πατρὸς δὴν οἰχομένοιο

πρῶτος εὐσεβὴς καὶ δίκαιος ἐκ βαθείας ἀφροσύνης ὑπεισῆλθε λογισμὸς, ὡς οὐκ ἄξιόν ἐστιν ἀργοὺς ἐν ἰθάκῃ κατατρίβειν χρόνους, ἀμνηστίαν ἔχοντα τοῦ γεγενηκότος. ἀλλ' ἀναγκαῖον ἤδη ποτὲ τὸν φιλοπάτορα, ναῦν ἐυτρεπισάμενον ἐπὶ τὰς διαποντίους [4] δραμεῖν κληδόνας, ἵνα τὴν ὀδυσσέως ἀπόδημον ἄγνοιαν ἀνιχνεύσῃ. δεύτερον δ' ἐπὶ τούτοις διεσκέψατο, ὅπου μάλιστα δεῖ τὴν πατρῴαν ἐρευνῆσαι τύχην. ὑπηγόρευσε δ' ἡ φρόνησις, [5] ἐγγὺς αὐτοῦ καθεζομένη,

[6] Πρῶτα μὲν ἐς πύλον ἔλθε καὶ εἴρεο νέστορα δῖον·
Κεῖθεν δὲ σπάρτηνδε παρὰ ξανθὸν μενέλαον.

nibus. Et quantum vis corporis tum imminuitur, tantum animi robur augetur. Consilia verò quibus mens tunc primum accedens, non autem Dea aliqua assidens, eumque adhortans, Telemachum instituit, hæc sunt. Agedum, inquit, ô Telemache, jam enim plus puero sapis:

Instruito navim vicenis remigibus, quæ
Per mare sulcet aquas, absentis tempore longo,
Ut Laërtiadæ famam scrutêre parentis.

Ita primum pia & justa hæc cogitatio, profunda pristinæ ætatis imprudentia depulsa, adolescentis animum subivit, indignum esse ociosum in Ithaca terere tempus, sui patris immemorem. Sed tandem aliquando filium patris amantem, instructa navi marinis undis committere sese oportere, ad investigandum peregrinantem & jamdiu ignotum Ulyssem. Deinde verò consideravit, ubi terrarum maximè fortuna patris inquirenda foret. Suggessit autem ei prudentia in propinquo sedens,

Principio quærendus erit Pylius tibi Nestor,
Ast illinc Menelaum adeas, qui mœnia Spartæ
Incolit.

ὁ μὲν

1 Hæ duæ voces nihil ad sensum faciunt Gesn.

2 Hæc Homeri verba non sunt, sed ad ista respicit author. Odys. α. v. 222.
οὐ μέντοι γενεὴν γε θεοὶ νώνυμον ὀπίσσω
θῆκαν· ἐπεὶ σέ γε τοῖον ἐγείνατο Πηνελόπεια.

3 Vers. 280. Od. α.

4 ἐκδραμεῖν MS. Angl.

5 Alludit eleganter ad ver. 120. hujus libri. ἐγγύθι δ' στὰς
Χεῖρ' ἕλε δεξιτέρην, &c.

6 Versus est 284. Od. α.

1 Vers.

Alter enim experientia senectutis valebat, alter post octo annorum vagos errores reversus erat nuper.

Ultimus hic nuper est namque reversus Achivum.

Itaque utilis ei futurus erat Nestor consiliis: Menelaus autem veritatem de Ulyssis errore dicturus. Dum hæc meditatur, veluti instigans & animans seipsum, inquit:

Non te conveniet posthac puerilibus esse
Intentum studiis, nunc est maturior ætas.

His verbis ratio ejus, ceu pædagogus & pater, animi facultatem curis deditam excitavit. Deinde exemplis juvenum suæ ætatis virtute præstantium, ad simília facinora moliendum sese cohortatus est:

Non audis quantam sit laudem nactus Orestes,
Quod patris cædem fuerit tam fortiter ultus?

Hujusmodi rationibus incitatus probabiliter animum in sublime tollit. Quare comparavit eum avi dicens,

Instar avis liquidas subito discessit in auras.

Mens enim sublimis cum tanὁ μὲν γὰρ εἶχε τὸν ἀπὸ γήρως ἐμπειρίαν, ὁ δ' ἀπὸ τῆς ὀκταετοῦς πλάνης ἐπανελήλυθει νεωσί.

[1] Ὃς γὰρ δεύτατος ἦλθεν ἀχαιῶν χαλκοχιτώνων.

ἔμελλεν οὖν ὠφέλιμος αὐτῷ παραινῶν γενήσεσθαι νέσωρ· τἀληθῆ δὲ περὶ τῆς ὀδυσσέως πλάνης ἐρεῖν μενέλαος. ἅμα δὲ ταῦτ' ἐννοούμενος, ὡςπερεὶ [2] παρακροτῶν ἑαυτὸν εἶπεν.

[3]— Οὐδέτι σε χρὴ
Νηπιάας ὀχέειν. ἐπεὶ οὐκ ἔτι τηλίκος ἐσσίν.

ὡςπερεὶ παιδαγωγὸς καὶ πατὴρ ὁ λογισμὸς αὐτοῦ τὸ μεθεκτικὸν τῶν φροντίδων ἀνήγειρεν. εἶτα καθ' ὁμοίωσιν ἡλικιώτιδος ἀρετῆς, εἰς τὴν ἴσην φρόνησιν αὐτὸν παρακέκληκεν.

[4] Ἦ οὐκ ἀΐεις οἷον κλέος ἔλλαβε δῖος ὀρέστης,
Πάντας ἐπ' ἀνθρώπους, ἐπεὶ ἔκτανε πατροφονῆα;

τοιούτοις ἐπαρθεὶς λογισμοῖς, εὐλόγως μετέωρον αὐτοῦ τὴν διάνοιαν ἐλαφρίζει. διὸ καὶ προσείκασεν αὐτὴν ὅμηρος ὄρνιθι, λέγων,

[5] Ὄρνις δ' ὡς ἀνόπαια διέπτατο.

μεταρσία γὰρ ἡ φρόνησις ὡς ἂν οἶμαι

1 Vers. 286. Od. α. Male legebatur excusum, Αὐτὰρ γὰρ ἦλθεν.

2 Observandum Minervam pro ipsa Telemachi prudentia atque ipso Telemacho capi, ut supra dixit author. Nam absque allegoria hæc falsa essent, quandoquidem Minervæ sunt verba non Telemachi.

3 Versus sunt Od. α. 296. qui distinguendi sunt ut supra.

4 Versus 298. Od. α. de quo & Plut. in lib. de Hom.

5 Hemistichium est Od. α. v. 320.

οἶμαι τηλικοῦτον ὄγκον ἐν αὐτῇ πραγμάτων [1] κυοφορουῦσα, διανέσηκεν. [2] ἀμέλει ταχέως ἐκκλησία συναθροίζεται, καὶ πατρώοις λόγοις ἐνρητορεύει. τὸν δ' ἀπόπλουν εὐτρέπιζεν ὁ τῆς ἀλληγορίας [3] ἐπώνυμος, [4] Φρονίου μὲν υἱὸς, νοήμων δὲ τοὔνομα. δι' ὧν ἀμφοτέρων οὐδὲν ἄλλο, πλὴν τοὺς ὑπογυίους αὐτοῦ λογισμοὺς ὑπεσήμαινεν. ἐπιβαίνοντι δ' αὐτῷ τῆς νεὼς, [5] συνεμβέβηκεν [6] ἀθηνᾶ μέντορι τὴν μορφὴν εἰκασμένη πάλιν, ἀνδρὶ πρὸς φροντίδας τὴν διάνοιαν ἔχοντι φρονήσεως μητέρα. [7] δι' ὧν ἁπάντων ἡ κατ' ὀλίγον ἐν τῷ τηλεμάχῳ τρεφομένη σύνεσις, ἐν τοῖς ἔπεσιν ἰσόρηται.

tam rerum molem concepisset, elata est. Statim igitur concio congregatur, in qua paternam eloquentiam Telemachus ostendit. Cæterum navigationem adornabat Noëmon quidam nomine, filius Phronii, apta ad hanc allegoriam nomina. nam utrisque nihil aliud quam profundissimæ ejus meditationes innuuntur. Unà autem cum ipso navim ingrediente, Minerva quoque Mentori forma similis ingressa est: viro videlicet, qui cogitationem, prudentiæ matrem, variis curis applicabat. Ex istis omnibus clarum fit, Telemachi prudentiam, quæ paulatim aucta fuerit, Homeri carminibus descriptam esse.

Καὶ μὴν ὁ περὶ πρωτέως λόγος [8] οὕτω πολὺς ἐκταθεὶς ὑπὸ μενελάου, τὴν ἐξαπατῶσαν εὐθὺς ἔχει φαντασίαν, πάνυ μυθώδης γεγονέναι, [9] τῆς ἐν αἰγύπτῳ [10] νησιάδος ἄθλιον ἔποικον, εἰς ἀθανάτου μέτρα τιμωρίας παρελκόμενον, ᾧ βίος ἠπείρου καὶ θαλάττης κοινὸς, ἀτυχεῖς [11] ὕπνους μετὰ φωκῶν κοιμώμενος, ἵν' αὐτοῦ κολάζηται καὶ τὸ

Quinetiam sermo de Proteo, qui tam copiosè à Menelao recensetur, statim figmenti phantasiam offert, ceu plane fabulosus, dum infelix incola angustæ in Ægypto insulæ narratur, addictus perpetuis pœnis, nunc in mari nunc in terra degens, miserè cum phocis dormiens, ut illic cruciaretur.

1 Ita Gesnerus legendum conjiciebat. Ediderat autem κυοσθρεῦσαι.

2 Transitum facit à prima ad secundam Rhapsodiam, & breviter ejus argumentum complectitur.

3 Ita MS. Angl. Excusus mendose ὑπανυμ☉.

4 Alludit ad hunc V. Od. β. 386.
Ἣδ' αὐτε Φρονίοιο Νοήμονα φαίδιμον υἱόν.

5 Vide v. 416. & seq. Od. β.

6 Od. β. Vers. 401.
Μίντῃ εἰδομένη ἠμὲν δέμας ἠδὲ καὶ αὐδήν.

7 Conclusio est primæ allegoriæ.

8 Nimirum à vers. 349. Od. δ. usque ad vers 370. ejusdem libri.

9 Versu sc. 354. Od. δ.

10 νησίδ☉ MS. Angl.

11 Ibid. v. 439. & seq.

Tum filia ejus Eidothea, per injuriam & proditionem patris, beneficium hospiti præstans: dein vincula & insidiæ Menelai commemorantur: postea multiformis in quascunque res voluisset, Protei mutatio: quæ omnia poëticæ & monstrosæ fabulæ videntur, nisi quis divina Homeri mysteria, veluti sacra, mente cœlesti tractet. Enimvero hac fabula primigeniam universi originem constituit, qua omnes mundi partes confirmatæ, illam quam nunc videmus speciem effecerunt. Erat enim olim mundus informis & cœnosus, nondum discretis rerum notis integritatem suæ formæ adeptus. Nam neque dum tellus centrum suum pro fundamento rerum omnium stabilierat, neque cœli perpetuus motus certa sede volvebatur: sed omnia sine solis usu immota, tristique silentio depressa languebant. aliud extabat nihil, quàm informis diffusæ materiæ segnities: antequàm principium illud, à quo producta & constituta sunt omnia, salubrem vitæ modum depromens, mundum mundo redderet, cœlúmque à terra, & pelagus à continente distingueret: quo tempore primum elementa quatuor, ex quibus

τὸ τερπνόν. [1] θυγάτηρ δ' εἰδοθέα διὰ πατρὸς ἀδικίας ξένον εὐποιοῦσα, καὶ γενομένη προδότις αὐτοῦ. [2] δεσμοὶ μετὰ τοῦτο, καὶ μενέλαος ἐνεδρεύων. [3] εἶθ' ἡ πολυπρόσωπος, εἰς ἅπαντα ἃ βούλεται πρωτέως μεταμόρφωσις, ποιητικοὶ καὶ τεράστιοι μῦθοι δοκοῦσιν, εἰ μή τις οὐρανίῳ ψυχῇ τὰς ὀλυμπίους ὁμήρου τελετὰς [4] ἱεροφαντήσει. τὴν οὖν προμήτορα τῶν ὅλων ὑφίσαται γένεσιν, ἀφ' ἧς τὸ πᾶν ῥιζωθὲν, εἰς ὃ νῦν βλέπομεν ἥκει κατάστημα. παλαιοὶ γὰρ ἦσαν ποτὲ χρόνοι, καθ' οὓς ἀτύπωτον ἦ ὑπόλιμνον ἦν, οὐδέπω κεκριμένοις χαρακτῆρσιν εἰς τέλεον ἥκουσα μορφῆς· οὔτε γὰρ γῆ τῇ τῶν ὅλων ἑσίᾳ κέντρον ἐπεπήγει βέβαιον, οὔτ' οὐρανὸς περὶ [5] τὴν αὐτὴν, τὴν ἀΐδιον φορὰν ἱδρυμένος ἐκυκλεῖτο. πάντα δ' ἦν ἀνήλιος ἠρεμία καὶ κατηφοῦσα σιγὴ, καὶ πλέον οὐδὲν ἦν ἢ κεχυμένης ὕλης ἄμορφος ἀργία, πρὶν ἡ δημιουργὸς ἁπάντων καὶ κοσμοτόκος ἀρχὴ σωτήριον ἐλκύσασα τῷ βίῳ τύπον, τὸν κόσμον ἀπέδωκε τῷ κόσμῳ. διεζεύγνυ τὸν μὲν οὐρανὸν γῆς, ἐχώριζε δὲ τὴν ἤπειρον

1 Od. δ. vers. 366. & sequ.
2 Vide Hom. ibi. vers. 454.
— ἀμφὶ δ' ἁλίκας βάλομεν.
3 Vide Hom. Od. δ. 456.
Ἀλλ' ἄτε πρωτόγονα λίων γένετ' ἠϋγένειος,
Αὐτὰρ ἔπειτα δράκων, καὶ πάρδαλις, ἠδὲ μέγας σῦς.
Γίνετο δ' ὑγρὸν ὕδωρ, καὶ δένδρεον ὑψιπέτηλον.
4 MS. Angl. ἱεροφαντήσει. τὴν γὰν.
5 Hæ duæ voces desunt in MS. Angl.

ἤπειρον θαλάττης. τέτταρα δὲ στοιχεῖα τῶν ὅλων ῥίζα καὶ γένναι, ἐν τάξει τὴν ἰδίαν μορφὴν ἐκομιζετο. τούτων δὲ προμηθῶς κιρναμένων, ὁ θεὸς μηδεμίας οὔσης διακρίσεως περὶ τὴν ἄμορφον ὕλην.

Πρωτέως δὲ θυγάτηρ εἰδοθέα δικαίως εἴδους ἑκάστου γενομένη θέα, διὰ τοῦτο μία τὸ πρὶν ὢν φύσις ὁ πρωτεὺς, εἰς πολλὰς ἐμερίζετο μορφὰς ὑπὸ τῆς προνοίας διαπλαττόμενος.

Ἤτοι μὲν πρώτισα λέων γένετ' ἠϋγένειος,
Αὐτὰρ ἔπειτα δράκων, καὶ πάρδαλις, ἠδὲ μέγας σῦς.
Γίνετο δ' ὑγρὸν ὕδωρ, καὶ δένδρεον ὑψιπέτηλον.

διὰ μὲν οὖν τοῦ λέοντος ἐμπύρου ζώου, τὸν ἀιθέρα δηλοῖ. δράκων δ' ἐσὶν ἡ γῆ· τὸ γὰρ αὐτόχθον αὐτοῦ καὶ γηγενὲς, οὐδὲν ἄλλο πλὴν τοῦτο σημαίνει. δένδρον γε μὴν ἅπαν αὐξανόμενον, καὶ τὴν ὑπὸ γῆς ὁρμὴν μεταρσίαν ἀεὶ λαμβάνον συμβολικῶς εἶπεν ἀέρα. τὸ μὲν γὰρ ὕδωρ εἰς ἀσφαλεστέραν ὧν προηνίξατο δήλωσιν ἐκ τοῦ φανερωτέρου παρέσησεν εἰπών. γίνετο δ' ὑγρὸν ὕδωρ. ὥστε εὔλογον τὴν μὲν ἄμορφον ὕλην πρωτέα καλεῖσθαι, τὴν δ' εἰδωλοπλασήσασαν ἕκασα πρόνοιαν, εἰδοθέαν. ἐξ ἀμφοῖν δὲ πᾶν διακριθὲν,

ceu radice ac generis principio nihil non gignitur, ordinem ſuum & formam propriam acceperunt. Hæc igitur cum à divina providentia diſpoſita ſint, numen illud quod informem prius indiſcretámque materiam certis formis obſignavit, ab Homero Protei filia Eidothea nominatur, idque bono jure, ut quæ εἴδους ἑκάστου θέαν, hoc eſt, ideæ ſeu formæ cujuſvis inſpectionem exhibuerit. Quocirca Proteus qui una prius natura fuerat, in multas deinde ſpecies à providentia formatus dividitur.

Principio eſt viſus ſpeciem ſubiiſſe leonis,
Mox aper, inde draco fieri,
fera pardalis inde.
In latices etiam ſe vertit, & arbore formam
Mutavit priſcam, ramis ac frondibus alta.

Per leonem animal igneum, ætherem indicat. Draco tellus eſt, utpote indigena & è terra natus. Arbor autem quævis cum augeatur, & à terra ſemper in ſublime nativo motu feratur, ſymbolum aëris eſt. Aquam verò, ut clarius ænigmatis vim demonſtraret, ſuo nomine manifeſtò vocat inquiens:

In latices etiam ſe vertit —

Proinde convenit informem materiam Proteum appellari: Eidotheam verò providentiam, quæ ſingulis formam effigiémque ſuam addidit: & univer-

κριθὲν,

ſam molem ab utriſque diſcretam in continuas ſibi & perficientes mundum partes diviſam eſſe. Probabiliter verò & inſulam, in qua hæc facta ſunt, Pharum appellavit. Nam φίρσαι generare ſignificat: & Callimachus ſterilem terram, ἀφάρωτον dixit, ἀφάρωτος οἷον γυνή. id eſt, Ceu mulier ſterilis. Itaque naturaliter locum, parentem rerum omnium, nuncupavit Pharum, per vocis etymologiam à fœcunditate ductam, quid ſibi vellet inſinuans. Cæterum quibus epithetis Proteum ornaverit, jam conſideremus,

Huc halio veróque ſeni concedere mos eſt.

Senectus quidem antiquiſſimam & primitivam ſubſtantiam denotat, & à temporis politia materies informis commendatur. ἅλιος verò cognominatur, non (per Jovem) ut marinum dæmonem, ac inter undas viventem intelligamus, ἀπὸ τῆς ἁλὸς, id eſt, à mari: ſed aliquid ex multis variiſque rebus congeſtum & accumulatum. ἁλίζειν enim Græcis congregare ſonat. Verax quoque meritò dicitur. Quid enim illa ſubſtantia verius, ex qua omnia genita ſunt, exiſtikριθὲν, εἰς τὰ συνεχῆ καὶ [1] προστακτικὰ τῶν ὅλων σχισθῆναι. πιθανῶς δὲ [2] καὶ τὴν νῆσον ἐν ᾗ ταῦτα διέπλασεν, Φάρον ὠνόμασεν. ἐπειδήπερ ἐστὶ [3] φέρσαι, τὸ γεννῆσαι. [4] καὶ τὴν γῆν ἀφάρωτον, ὁ καλλίμαχος εἶπε, τὴν ἄγονον, ἀφάρωτος οἷον γυνή. φυσικῶς οὖν τὸν ἁπάντων πατέρα χῶρον ὠνόμασε Φάρον, ἐκ τῆς γονίμου προσηγορίας, ὃ μάλισα ἐβούλετο, σημήνας. τίσι γε μὴν ἐπιθέτοις καὶ τὸν πρωτέα κεκόσμηκεν ἤδη σκοπῶμεν,

[5] Πωλεῖταί τις δεῦρο γέρων ἅλιος νημερτής.

τὸ μὲν γὰρ οἶμαι, τῆς ἀρχεγόνου καὶ πρώτης οὐσίας γεραίτερον, ὥστε ἀποσεμνῦναι τῇ πολιτείᾳ τοῦ χρόνου τὴν ἄμορφον ὕλην. ἅλιον δὲ ὠνόμασεν, οὐ μὰ δί' οὐ θαλάττιόν τινα δαίμονα καὶ κατὰ κυμάτων ζῶντα· τὸ δ' ἐκ πολλῶν καὶ παντοδαπῶν συνηλισμένον, ὅπερ ἐστὶ, συνηθροισμένον. νημερτὴς δὲ εὐλόγως εἴρηται. τί γὰρ ταύτης τῆς οὐσίας ἀληθουργέστερον, ἐξ ἧς ἅπαντα γεγενῆσθαι νομιστέον; [6] καὶ μὴν καὶ

1 Geſnerus legendum conjiciebat συστατικὰ, aut συνεκτικὰ.

2 Alludit ad hæc Homeri verba Od. δ. verſ. 354.

Νῆσός τίς ἐστι τὴν ὄξὶ πολυκλύστῳ ἐνὶ πόντῳ
Αἰγύπτῳ προπάροιθε (Φάρον δέ ἑ κικλήσκουσι)

3 τὸ φέρσαι MS. Angl.

4 Fortaſſe γῆν ſcripſerat Heraclides in ſequenti loco. Imo omnino ita ſcripſit. ſimile quid ex eodem Callimacho habet author Etymologici magni in voce ἀαρφῶ.

5 Verſus eſt 384. Od. δ.

6 Elegans ad ſequentem librum quintum tranſitio.

καὶ ἡ καλυψὼ τὴν πειθὼ τῶν ποικίλων παρ' ὀδυσσέως [1] λόγων ἑρμῆν προσηγόρευσε, μόγις μὲν, ἀλλ' ὅμως καταθέλξαντος αὐτοῦ τὸν ἔρωτα τῆς νύμφης, ἵν' εἰς ἰθάκην προπεμφθείη. [2] διὰ τοῦτ' ὄρνιθι προσωμοιωμένος ἑρμῆς ἐλήλυθεν ἀπ' οὐλύμπου. [3] πτερόεντα γὰρ τὰ ἔπη κατὰ τὸν ὅμηρον, καὶ τάχιον οὐδὲν ἐν ἀνθρώποις λόγου.

Δεῖ δὲ ἡμᾶς οὐδὲ τὰ μικρὰ παροδεύειν, ἀλλὰ καὶ δι' ἐκείνων τὴν λεπτὴν ἐξετάζειν ὁμήρου φροντίδα. τὸν γὰρ ἡμέρας καὶ ὠρίωνος ἔρωτα, πάθος οὐδ' ἀνθρώποις εὔσχημον ἠλληγόρησεν.

[4] Ὣς μὲν ὅτ' ὠρίων' ἕλετο ῥοδοδάκτυλος ἠώς.

παρεισάγει γὰρ αὐτὸν ἔτι νεανίαν, ἐν ἀκμῇ τοῦ σώματος ὑπὸ τοῦ χρεὼν πρὸ μοίρας συνηρπασμένον. [5] ἦν δὲ παλαιὸν ἔθος τὰ σώματα τῶν καμνόντων, ἐπειδὰν ἀναπαύσηται τοῦ βίου, μήτε νύκτωρ ἐκκομίζειν, μήθ' ὅταν ὑπὲρ γῆς τὸ μεσημβρινὸν ἐπιτείνηται θάλπος, ἀλλὰ πρὸς βαθὺν ὄρθρον, ἀπύροις ἡλίου ἀκτῖσιν ἀνιόντος. ἐπειδὰν οὖν εὐγενὴς νεανίας ἅμα, καὶ κάλλει προέχων

maretur? Quinetiam Calypso varium persuadendi artificium facundiæ Ulyssis, Mercurium nominavit: cum tandem, licet ægrè, verborum lenocinio tantum profecisset apud amantem nympham Ulysses, ut in Ithacam remitteretur. Quamobrem avi similis Mercurius à cœlo venisse fingitur. Sunt enim verba, ut ait Homerus, alata, & nihil oratione inter homines pernicius.

Quoniam verò nihil prætereundum nobis est, sed in parvis etiam accuratum Homeri ingenium spectari decet, quî fit quod Diei & Orionis amorem hujusmodi finxerit, qualis ne hominibus quidem honestus est?

Ut cum raptus erat quondam formosus Orion
Auroræ roseæ.

Nimirum significare voluit, ipsum adhuc juvenem, florente corpore, ante maturam ætatem à fato raptum fuisse. Mos autem erat antiquis, defunctorum corpora neque noctu, neque circa meridiem efferri, sed primo diluculo, oriente Sole nec dum ignitos mittente radios. Itaque generoso quopiam & formoso juvene mortuo, matutinam funeris elationem fausti omnis gratia Diei raptum appellabant, tan-

τελευ-

1 Nimirum Od. ε. vers. 87. & seq.

2 Nimirum
— λάρῳ ὄρνιθι ἰοικώς. Od. ε. v. 51.

3 Ut Ili. α. vers. 201. & alibi passim.

4 Versus est 121. Od. ε. Hic ὅθ' pro ὅτ' malè scriptum legebatur.

5 Hujus rei exempla sunt apud Homerum plurima ut Il. α. sub finem v. 421. ubi mortuos sepeliunt,

Ἤελιος μὲν ἔπειτα νέον προσέβαλλεν ἀρούρας,
Ἐξ ἀκαλαρρείταο βαθυῤῥόου Ὠκεανοῖο
Οὐρανὸν εἰσανιών.

Quod

quam non expiraſſet, ſed amoris deſiderio raptus eſſet. Quin & juxta eandem Homeri ſententiam Jaſion quidam fertur agriculturam excoluiſſe, & cum fructus ex agris ſuis abundè reciperet, occaſionem fabulæ dedit, ut à Cerere amatus æſtimaretur. Atqui Homerus non laſcivos amores, neque libidines hujuſmodi figmentis deſcribit: ſed per Diem ac Cererem caſtiſſimas Deas, pia mente ſcrutantibus meras naturæ contemplationes offert. Jam porrò relictis omnibus, ad illud crimen excuſandum orationem vertamus, quod perpetuò ſycophantæ traducentes moleſti ſunt: quippe ſurſum atque deorſum tragœdias movent, Martis & Veneris amorem impiè fictum clamitantes. Libidinem inquiunt in cœlo Homerus locavit: ac id facinus, quod inter homines admiſſum capitale ducitur, Diis attribuere non erubuit, videlicet adulterium:

πολίτευκεν ἐν οὐρανῷ. καὶ τὸ παρ' τιμώμενον, οὐκ ἐδυσωπήθη παρὰ

De pulchræ Veneris ac duri Martis amore,
Ut ſe miſcuerint cupidis amplexibus arctè,
Mulciberi in thalamo primum.

τελευτήσῃ, τὴν ὄρθριον ἐκκομιδὴν [1] ἐπεφήμου ἡμέρας ἁρπαγὴν, ὡς οὐκ ἀποθανόντος, ἀλλὰ δι' ἐρωτικὴν ἐπιθυμίαν ἀνηρπασμένου. καθ' ὅμηρον δὲ τοῦτο φασίν. ἰασίων ἀνὴρ γεωργίας ἐπιμελούμενος, καὶ δαψιλῶς τοὺς ἀπὸ τῶν ἰδίων ἀγρῶν καρποὺς λαμβάνων, εἰκότως [2] ὑπὸ τῆς δήμητρος ἔδοξεν ἠγαπῆσθαι. δι' ὧν ὅμηρος οὐκ ἀσελγεῖς ἔρωτας ἱστορεῖ θεῶν, οὐδ' ἀκολασίας· σημαίνει δὲ τὰς εὐαγεστάτας, ἡμέραν τε καὶ δήμητραν, τοῖς εὐσεβῶς ἐρευνᾷν ἐθέλουσι, φυσικῆς θεωρίας ἀκριβῆ ἀφορμὴν χαρίζεται.

[3] Νῦν ἅπαντα τἄλλα ἀφέντες, ἐπὶ τὴν διηνεκῆ καὶ χαλεπῶς θρυλλουμένην ὑπὸ τῶν συκοφαντῶν κατηγορίαν τραπῶμεν. ἄνω γὰρ οὖν καὶ κάτω τραγῳδοῦσι τὰ περὶ ἄρεος καὶ ἀφροδίτης, ἀσεβῶς διαπεπλάσθαι λέγοντες. ἀκολασίαν γὰρ ἐμπεάνθρώποις ὅταν γένηται θανάτου θεοῖς ἱστορῆσαι. λέγω δὲ μοιχείαν.

[4] Ἀμφ' ἄρεος φιλότητος, ἐϋστεφάνου τ' ἀφροδίτης,
Ὡς τὰ πρῶτα μίγησαν ἐν ἡφαίστοιο δόμοισιν.

Quod & obſervatur in Patrocli ſepultura Il. ψ. nec non Hectoris Il. ω. & præcipuè initio Od. μ. in Elpenoris ſepultura. & Od. ω. v. 72. de exequiis Achillis expreſsè dicitur,

Ἠῶθεν δή τοι λέγομεν λεύκ' ὀστε' Ἀχιλλεῦ.

1 ἐπευφήμων MS. Angl.

2 Ut videre eſt Od. ε. v. 125.

Ὡς δ' ὁπότ' Ἰασίωνι ἐϋπλόκαμος Δημήτηρ
Ὦι θυμῷ εἴξασα, μίγη φιλότητι καὶ εὐνῇ,
Νειῷ ἐνὶ τριπόλῳ.

3 Tranſitum facit ab hoc libro quinto ad octavum, intactis relictis duobus, unde ἅπαντα τἄλλα ἀφέντες eum adjeciſſe puto.

4 Verſus eſt 267. Od. θ.

1 Ut

[1] Εἶτα μετὰ τοῦτο δεσμοὶ, [2] καὶ θεῶν γέλωτες, [3] ἱκεσία τε πρὸς ἥφαιστον ποσειδῶνος. ἅπερ [4] εἰ θεοὶ νοσοῦσιν, οὐκ ἔτι τοὺς παρ' ἀνθρώποις ἀδικοῦντας ἔδει κολάζεσθαι. νομίζω δ' ἔγωγε, καί περ [5] ἐν φαίαξιν, ἀνθρώποις ἡδονῇ δεδουλωμένοις, ᾀδόμενα ταῦτα φιλοσόφου τινὸς ἐπιστήμης ἔχεσθαι. [6] τὰ γὰρ σικελικὰ δόγματα, καὶ τὴν ἐμπεδόκλειον γνώμην ἔοικεν ἀπὸ τούτων βεβαιοῦν, ἄρην μὲν ὀνομάσας τὸ νεῖκος, τὴν δ' ἀφροδίτην φιλίαν. τούτους οὖν διεστηκότας ἐν ἀρχῇ παρεισήγαγεν ὅμηρος ἐκ τῆς πάλαι φιλονεικίας εἰς μίαν ὁμόνοιαν κιρναμένους. ὅθεν [7] εὔλογος ἐξ ἀμφοῖν ἁρμονία γεγένηται, τοῦ παντὸς ἀσαλεύτως καὶ κατ' ἐμμέλειαν ἁρμοσθέντος. γελᾷν δ' ἐπὶ τούτοις εἰκὸς ἦν, καὶ [8] συνήδεσθαι τοὺς θεοὺς, ἅτε δὴ τῶν ἰδίων χαρίτων οὐκ ἐπὶ φθοραῖς διϊσταμένων, ἀλλ' ὁμονοῦσαν εἰρήνην ἀγόντων. δύναται γε μὴν καὶ περὶ τῆς χαλκευτικῆς τέχνης ἀλληγορεῖν. ὁ μὲν γὰρ ἄρης, εἰκότως

Deinde vincula, deorum risus, & supplicans Vulcano Neptunus, ab illis reprehenduntur. Nam si apud Deos, ut ipsi ajunt, hæc vitia reperiuntur, homines iisdem obnoxios puniri indignum foret. Cæterum ut mihi videtur, hæc fabula, quamvis inter Phæaces, homines voluptuarios, cantata fuerit, philosophicam rationem complectitur. Nam dogmata Sicula, & Empedocleam opinionem hoc in loco confirmare videtur, Martem nominans litem, Venerem amicitiam. Istas igitur ab initio dissidentes Homerus post veterem simultatem in concordiam rediisse fabulatur. Proinde merito ex utrisque Harmonia nata est, utpote rebus omnibus in stabilem concinnitatem redactis. His autem factis arridere Deos, & congratulari par est, eo quod mundi Gratiæ non amplius discordia, quæ interitus causa est, laborarent, sed pacem agerent concordem. Quinetiam ad fabrilem artem hæc allegoria referri potest.

1 Ut est Od. θ. v. 296.
— ἀμφὶ δ' δεσμοὶ
Τεχνήεντες ἔχοντο πολύφρονος Ἡφαίστοιο.

2 Ibid. v. 343.
— ἐν δὲ γέλως ὦρτ' ἀθανάτοισι θεοῖσιν.

3 Siquidem
Οὐδὲ Ποσειδάωνα γέλως ἔχε, λίσσετο δ' αἰεὶ
Ἥφαιστον κλυτοεργὸν ὅπως λύσειεν Ἄρηα.

4 Ita Gesnerus legendum esse monuit & firmavit MS. Angl. Invenerat in suo codice, οἱ θεοὶ νοσ.

5 Ut apparet ex v. 371. & 383. hujus lib. θ. & ex aliis plurimis.

6 Vide Diogenem Laërtium in Empedoclis vita. & Plutarchum in lib. de Hom.

7 Ex sententia aliorum poëtarum loquitur Heraclides. id enim ab Homero non est traditum. vide Plut. in lib. de Homero.

8 Ita MS. Angl. Edebatur συνιδέσθαι.

Mars enim non injuria ferrum existimabitur, quod à Vulcano facile domatur. Nam ignis, ut qui multò robustiore facultate sit quam ferrum, nullo negotio illius duritatem emollit. Indiget autem faber ad opus suum etiam Venere. Quapropter ferro igne emollito, Venerea & amabili arte opificium absolvit. Porro Neptunus Martem à Vulcano probabili de causa liberat. Siquidem ignea ferri massa fornacibus extracta, aquæ immergitur, & flammeus ardor ejus aquæ natura restinctus compescitur. Porrò universos Ulyssis errores si quis diligentius animadvertat, aliud quàm præ se ferant significare deprehendet. Homerus enim Ulyssem veluti organum quoddam omnium virtutum sibi proponens, philosophatus est, ut qui vitia quibus hominum vita corrumpitur, vehementer odisset. Itaque voluptatem per Lothophagorum regionem, raræ cujusdam dulcedinis fructus excolentem, notavit, quam Ulysses sobriè præteriit. Item efferatum cujusque animum admonitione sermonis, veluti cauterio excídit. Nominatur autem ab eo Cyclops affectus ratione privans. An non verò ipse primus

κότως ἂν ὀνομάζοιτο σίδηρος. τοῦτον δὲ ῥᾳδίως ἥφαιστος ἐχειρώσατο. τὸ γὰρ πῦρ, ἅτ' οἶμαι σιδήρου κραταιοτέρας δυνάμεως μετειληχὸς, εὐκόλως ἐν αὐτῷ τὴν ἐκείνου σερρότητα θηλύνει. δεῖ δὲ τῷ τεχνίτῃ πρὸς τὸ κατασκευαζόμενον καὶ ἀφροδίτης. ὅθεν οἶμαι διὰ πυρὸς μαλάξας τὸν σίδηρον, ἐπαφροδίτῳ τινὶ τέχνῃ τὴν ἐργασίαν κατώρθωσε. ποσειδῶν δ' ὁ ῥυόμενος παρ' ἡφαίσου τὸν ἄρη, πιθανῶς. ἐπειδήπερ ἐκ τῶν βαναύσων διάπυρος ὁ τοῦ σιδήρου μύδρος ἐλκυσθεὶς, ὕδατι βαπτίζεται, καὶ τὸ φλογῶδες ὑπὸ τῆς ἰδίας φύσεως ὕδατι κατασβεσθὲν ἀναπαύεται. καθόλου δὲ τὴν ὀδυσσέως πλάνην, εἴ τις ἀκριβῶς ἐθέλει σκοπεῖν, ἡλληγορημένην εὑρήσει. πάσης γὰρ ἀρετῆς καθάπερ ὄργανόν τι τὸν ὀδυσσέα παρασησάμενος ἑαυτῷ, [1] διαπεφιλοσόφηκεν (ἐπειδὴ τὰς ἐκνεμομένας τὸν ἀνθρώπινον βίον, ἤχθηρε κακίας) [2] ἡδονὴν μὲν, τὸ λωτοφάγον χωρίον, ξένης γεωργὸν ἀπολαύσεως, [3] ἣν ὀδυσσεὺς ἐγκρατῶς παρέπλευσε. [4] τὸν δ' ἄγριον ἑκάστου θυμὸν, ὥσπερεὶ [5] καυσηρίῳ τῇ παραινέσει τῶν λόγων ἐπήρωσε. κύκλωψ δὲ οὗτος ὠνόμασαι, ὁ τοὺς λογισμοὺς ὑπολωπῶν.

1 Διὰ τοῦτο πεφιλοσόφηκεν MS. Angl.

2 De qua Homer. Od. ι. v. 84.

3 Ut videre est v. 100. & seq. hujus lib. 1.

4 Ut hoc ipso libro Cyclopem, vers. 259. & Iliad. ι. Achillem, vers. 225. & Od. κ. Circen, & ρ. procos alloquens.

5 καυτηρίῳ. MS. Angl. quod scribendum καυτηρίῳ.

1 Tran-

λωπῶν. τί δὲ, οὐχὶ πρῶτος εὐδιον πλοῦν δι' ἐπιστήμης ἀστρονόμου τεκμηράμενος, [1] ἐδοξεν ἀνέμους δεδωκέναι; φαρμάκων τε τῶν παρὰ κίρκης γέγονε κρείττων, ὑπὸ πολλῆς σοφίας πεμμάτων, ἐπεισάκτων [2] κακῶν, οὐχ ἡττώμενος. [3] ἡ δὲ φρόνησις ἕως ἅδου καταβέβηκεν, ἵνα μηδὲ τῶν νέρθεν [4] ἀδιερεύνητος ᾖ.

[5] Τίς δὲ σειρήνων οὐκ ἀκούει τὰς πολυπείρους ἱστορίας παντὸς αἰῶνος ἐκμαθών; [6] καὶ χάρυβδις μὲν ἡδάπανος ἱστορία, καὶ περὶ πότους ἄπληστος, εὐλόγως ὠνόμασαι. σκύλλαν τε τὴν πολύμορφον ἀναίδειαν ἠλληγόρησε. [7] διὸ δὴ κύνας οὐκ ἀλόγως

cum obſervaſſet tranquillam navigationem per Aſtronomicam ſcientiam, ventos largiri viſus eſt? Idem veneficiis Circes ſuperior fuit, & multa ſapientia munitus alienis malorum lenociniis vinci non potuit. Prudentia autem ejus ad inferos uſque deſcendit, ut ne infima quidem non explorata haberet.

Ad Sirenum cantus quos nemo non audire cuperet, ad cognoſcendum omnium ſeculorum varias hiſtorias, vinculis ſe munivit. Et Charybdis quidem prodiga luxuria, & potus inexplebilis ingurgitatio rectè nominata eſt. Per Scyllam verò omnifariam impudentiam inſinuavit. Quocirca non temerè canibus ſuccingi-

ὑπέζω-

1 Tranſit ad Od. κ. Verum eo loco qui eſt verſ. 19. hujus libri non dare ventos, ſed ab Æolo in utre concluſos accipere dicitur. Itaque δεδεκέναι ſcribendum videtur, quamvis & Angl. MS. habeat δεδωκέναι.

2 κακῶν ὁ λυσίμβρι⊖. MS. Angl.

3 Breve argumentum totius lib. XI. Od.

4 ἀδιερεύνητον ᾖ. τὶς δὲ σειρήνων ἀκούει τὰς MS. Angl.

5 τὶς δὲ σειρήνων. Locum hunc quomodo Geſnerus legendum putaverit, verſione oſtendit. Sed nimium aberravit. Unicæ literæ omiſſione obſcuritatem tollam, legendo, τί δὲ, σειρήνων οὐκ ἀκούει, τὰς πολυπείρους ἱστορίας παντὸς αἰῶν⊖ ἐκμαθών; ſuprà v. 10. τί δὲ, οὐχὶ πρῶτος. Verto: *Quid, annon Sirenas audit, poſtquam variâ experientiâ inſignes omnis ævi res geſtas edidiciſſet?* Locus eſt notabilis. Cauſſam enim reddit, cur tuto Sirenum cantus audiverit Ulyſſes. Nimirum quia multâ rerum cognitione, & experientiâ, quaſi forti antipharmaco, pectus adverſus voluptates muniviſſet. Non ad diſcendum omnis ævi hiſtorias, Sirenum cantus audire geſtiebat Ulyſſes; (hoc enim illorum cantilenæ non promittebant) ſed jam ante edoctus omnis ævi hiſtorias, multaque cognitione & prudentia inſtructus, brevem auribus animoque delectationem concedendam putavit. In Græco eſt ἐκμαθών, non autem ἐκμαθησόμ⊖, quod Geſnerus legendum verſione ſua conjecit. Præterea ſi Sirenum cantus ad cognoſcendum omnium ſeculorum varias hiſtorias mortales duxiſſent, nimium erga ſocios invidus judicandus fuiſſet Ulyſſes, qui ingenti illo bono eos privaſſet. M. Meibom.

6 Vide Hom. Od. μ. v. 104. Legendum autem conjicio ἡ δάπαν⊖ ἀναῤῥοια. Homeri verba ſunt.

Τῇ δ' ὕπο δῖα Χάρυβδις ἀναῤῥοιβδεῖ μέλαν ὕδωρ.
Τρὶς μὲν γάρ τ' ἀνίησιν ἐπ' ἤματι, τρὶς δ' ἀναροιβδεῖ.

7 At Homerus Od. μ. verſ. 96. non ſuccinctam canibus eſſe dicit, ſed piſcari canes & delphinas.

1 Reſpi-

tur, rictibus, audacia, rapina & avaritia oppletis. Solis autem boves gulæ continentiam designant: quamvis Ulyssis socii fame coacti, illam servare non potuerint. Hæc sanè omnia, ut prima fronte audiuntur, fabulosè dicta sunt: at si quis sapientiam allegoria involutam penitius rimetur, magnam utilitatem ex ejus imitatione capiet. Enimvero Æolus, mea quidem sententia, potissimum annus fuerit, temporis per duodenos menses ambitu comprehensus. Quamobrem Æolus, id est, varius nominatur: non enim æqualis & uniformis natura ejus per omnes anni partes continuatur, sed diversis subinde mutationibus evariat. Nam post frigoris molestiam, lenem jucundi veris voluptatem induit: deinde roridum vernantis horæ statum ignea vis æstatis coërcet. Tandem autumnus, qui fructus annuos pessundare solet, æstivo calore depulso, hiemi præit. Hujus itaque varietatis cum annus pater sit, non immeritò vocatus est Æolus. No-

4 Ariſtoteles ibidem Ocellum ſecutus, δεύτερον δὲ (inquit) αἱ ἐναντιώσεις, λέγω δὲ, οἷον ψυχρότης καὶ θερμότης. id eſt, *ſecundo res contrariæ (dico frigus & calorem) neceſſariæ ſunt.* ἵνα μεταβολαὶ καὶ ἀλλοιώσεις ἐπιτελῶνται. Ex iis Ocelli verbis Simplicium meritò poſſe reprehendi perſpicuè cernitur, qui Platonis ſui, cujus dialogos frequenter legerat, videtur oblitus. Nam cum Ariſtotelem ipſe libro 5. de Phyſica auſcultatione ſic loquentem animadvertiſſet, ἡ μὲν οὖν κατὰ ποιὸν κίνησις, ἀλλοίωσις ἔστω, locum exponens ait, ἔοικε τὸ τῆς ἀλλοιώσεως ὄνομα αὐτὸς ἐπιθεῖναι τῇ κατὰ ποιὸν κινήσει, id eſt, *videtur motui, qui per quale agitur, alterationis nomen impoſuiſſe.* Quod tamen conſtat eſſe falſum. nam Ocellus & Timæus Locrus, ac poſt ipſos etiam Plato, hoc mutationis genus eâdem appellatione nuncupârunt. ſic enim Timæus in libello de natura mundi & anima, μετὰ δὲ ταῦτα αἱ τῶν αἱμάτων τροπαὶ καὶ ἀλλοιώσεις. Plato quoque in Theæteto, τοῦτο μὲν τοίνυν ἓν ἔστω εἶδος. ὅταν δὲ ἢ μὲν ἐν τῷ αὐτῷ, γηράσκει δὲ, ἢ μέλαν ἐκ λευκοῦ, ἢ σκληρὸν ἐκ μαλακοῦ γίνεται, ἢ τινὰ ἄλλην ἀλλοίωσιν ἀλλοιοῦται, ἄρα οὐκ ἄξιον ἕτερον εἶδος φάναι κινήσεως, ἀναγκαῖον μὲν οὖν δύο

τητας, ἵνα μεταβολαὶ καὶ ἀλλοιώσεις ἐπιτελῶνται, πάθος καὶ διαθέσεις ἐπιδεχομένης τῆς ὕλης· καὶ ἵνα αἱ δυνάμεις ἀντιπαθεῖς οὖσαι, μήτε κρατῶσιν εἰς τέλος αὐταὶ αὐτῶν, μήτε κρατῶνται αὐταὶ ὑπ' αὐτῶν. τυγχάνουσι δὲ αὗται τό τε θερμὸν καὶ ψυχρὸν, καὶ ξηρὸν καὶ ὑγρόν.

sunt res contrariæ, ut mutationes & alterationes compleantur, idque dum materia perpessionem & affectionem recipit, ac ne facultates mutuò patibiles, vicissim sese prorsus vincant, & vincantur. hæ verò sunt calor & frigus, humor & siccitas.

5 Τρίτον

δύο δὴ λέγεται τούτῳ εἴδη κινήσεως, ἀλλοίωσιν τὴν δὲ περιφοράν, idem in Parmenide: ὅτι κινούμενον ἢ φέροιτο ἢ ἀλλοιοῖτο ἄν. αὗται γὰρ μόναι κινήσεις, ναὶ, ἀλλοιούμενον δὲ τὸ ἐν ἑαυτοῦ ἀδύνατον. οὐκ ἄρα κατ' ἀλλοίωσίν γε κινεῖται.

Præterea Mercurius Trismegistus, qui (ut Lactantii Firmiani ex primo libro Divinarum Institutionum utar verbis) vir fuit antiquissimus & instructissimus in omni genere doctrinæ, adeò ut ei multarum rerum scientia Trismegisti nomen imponeret, ἀλλοιώσεως nomen motui qualitatis inditum esse non ignoravit. quod sanè ostendit, ita scribens in Pœmandro: Πρὸς ταῦτα ὁ Ποιμάνδρης εἶπε, πρῶτον ἐν τῇ ἀναλύσει τοῦ σώματος ὑλικοῦ παραδίδωσιν αὐτὸ σῶμα εἰς ἀλλοίωσιν. Illud silentio præterire non possum, quod primo de Ortu & Interitu scriptum reliquit Joannes Grammaticus, mutationem, quæ ratione ipsius, qualis in Ulyssem facta est, Homerum ἀλλοίωσιν nuncupâsse, cùm illud protulit carmen:

Ἀλλοῖός μοι ξεῖνε φάνης νέον ἠὲ πάροιθεν (sic enim Telemachus patrem affatur mutatum à Pallade) in quo quidem ipsum ait ἀλλοῖον non autem ἄλλον sibi videri. Hoc vocabulum δύναμις, quod sæpenumerò (ut ex hoc Ocelli codice satis perspicuum est) qualitatem tertiæ speciei significat, frequens est apud antiquos philosophos, qui scripserunt ante Aristotelis tempora. Sic enim Timæus Locrus in eodem libello, Dorico utens sermone, νόσῳ δὲ ἀρχαὶ τῶν πρώτων δυναμίων ἀσυμμετρίαι εἴκα πλεονάζοιεν, ἢ ἐλλείποιεν τὰ ἁπλαὶ δυνάμεις, θερμότας ἢ ψυχρότας, ἢ ὑγρότας ἢ ξηρότας. ita quoque Plato scribit in Timæo: ἔτι ὀξείαις καὶ ἁλμυραῖς δυνάμεσι χολὰς καὶ ἰχῶρας καὶ φλέγματα ἔχει παντοῖα. Aristoteles etiam in eâdem significatione & in quarto Meteor. & alibi τὴν δύναμιν frequenter usurpat: sed illud tamen palam dicam, ut juvenes admoneam, non recordari me in Hippocratis commentariis, nec in Ocelli, nec in Timæi Locri opusculis, τὴν ποιότητα unquam legisse, tametsi id esse philosophorum, non vulgi verbum in Academicis affirmat Cicero; à Mercurio Trismegisto, vetere admodum & prisco Theologo sæpiùs, semel à Platone usurpatum comperi, qui sic in Theæteto: καὶ τὸ μὲν πάσχον αἰσθητὸν, ἀλλ' οὐκ αἴσθησιν, ἔτι γίγνεσθαι, τὸ δὲ ποιοῦν ποῖόν τι, ἀλλ' οὐ ποιότητα. ἴσως οὖν ποιότης, ἅμα ἀλλόκοτόν τε φαίνεται ὄνομα, καὶ οὐ μανθάνεις ἀθρόον λεγόμενον. id est: *ac patiens quidem sensum movet, non tamen efficitur sensus, ac faciens quale quiddam est, sed non qualitas. fortasse igitur qualitas alienum & extraneum tibi esse videtur nomen, nec ut sæpius dictum, intelligis.* Quæ quidem verba cùm (ut arbitror) vidisset Aristoteles, veluti à Platone dissentiens, qui τὴν ποιότητα vocabulum ἀλλόκοτον sibi videri dixerat, de qualitate agere in Categoriis sic fidenter incepit: Ποιότητα δὲ καλῶ, καθ' ἣν ποιοὶ τινὲς λέγονται. qui sanè ad hunc modum locutus est, non ut se hujus nominis inventorem, & quasi architectum (ut nonnulli falsò putant)

Tertio loco ſequuntur ſubſtantiæ, quarum illæ facultates ſunt, ut ignis & aqua, & aër, & terra. quæ quidem corpora à facultatibus longè differunt. nam illa in locis ſuis viciſſim ſeſe deſtruunt, & labefactant: facultates verò nec oriuntur, neque occidunt: ſiquidem ipſarum rationes corporis ſunt expertes.

Harum porrò facultatum quæ quatuor numero ſunt, calor & frigus, ut cauſæ & efficientes; ſiccitas & humor, ut materia & patibiles eſſe cenſentur. Materia autem ea eſt, quæ primò cuncta recipit. eſt enim commune quoddam, quod rebus omnibus ſubjicitur, ut initium ſit primum corpus, quod ſenſu poteſtate percipi poſſit. ſecundò accidunt res contrariæ, verbi gratiâ, calor, frigus, humor & ſiccitas. ſequuntur tertiò ignis & aqua, terra & aër. Hæc enim elementa viciſſim mutantur, res contrariæ non mutantur.

[5] Τρίτον δὲ αἱ οὐσίαι, ὧν αἱ δυνάμεις εἰσὶν αὗται, πῦρ καὶ ὕδωρ, καὶ ἀὴρ καὶ γῆ. διαφέρουσι δὲ αὗται τῶν δυνάμεων. αἱ μὲν γὰρ οὐσίαι ἐν τόπῳ φθείρονται ἐξ ἀλλήλων· αἱ δὲ δυνάμεις οὔτε φθείρονται οὔτε γίνονται· [6] λόγοι γὰρ ἀσώματοι τυγχάνουσι τούτων.

[7] Τῶν δὲ τεσσάρων, τὸ μὲν θερμὸν καὶ ψυχρὸν, ὡς αἴτια καὶ ποιητικά· τὸ δὲ ξηρὸν καὶ ὑγρὸν, ὡς ὕλη καὶ παθητικά. πρῶτον δὲ ὕλη τὸ πανδεχές· κοινὸν γὰρ ὑπόκειται πᾶσιν· ὥστε πρῶτον τὸ δυνάμει σῶμα αἰσθητὸν, ἀρχή· δεύτερον δὲ ἐναντιώσεις, οἷον θερμότητος καὶ ψυχρότητος· καὶ ὑγρότητος καὶ ξηρότητος. τρίτον δὲ πῦρ καὶ ὕδωρ, καὶ γῆ καὶ ἀήρ· ταῦτα γὰρ μεταβάλλουσιν εἰς ἄλληλα· αἱ δὲ ἐναντιώσεις οὐ μεταβάλλουσι.

Aἱ

putant) profiteretur, ſed potiùs, ut id ſuo judicio, rei naturæ proprium, & accommodatum oſtenderet, quemadmodum etiam cum eodem Magiſtro ſuo conſentiens in analyticis protulit, ὅρον ὃ καλῶ.

5 Hanc etiam partem ab Ocello accepit Ariſtoteles, qui ſic ait eodem libro: Τρίτον δ' ἅμα πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ τὰ τοιαῦτα. ταῦτα γὰρ μεταβάλλουσιν εἰς ἄλληλα, καὶ οὐχ ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς καὶ ἄλλοι λέγουσιν· οὐδὲ γὰρ ὧν ἀλλοίωσις· αἱ δὲ ἐναντιώσεις οὐ μεταβάλλουσι. *Tertiò neceſſaria quoque ſunt ea corpora, ignem dico, & aquam & quæcumque hujus generis. nam elementa viciſſim mutantur, non tamen eo modo, quo Empedocles & alii aſſerunt: res contrariæ non item.*

6 Λόγοι γὰρ ἀσώματοι τυγχάνουσι τούτων] Ita legitur in Ocelli opuſculo Romæ deſcripto, & ad me Veronam tranſmiſſo. idem tamen Lovanii impreſſum ſic habet: Λόγον γὰρ ἀσώματον τυγχάνουσι· τούτων ὃ πᾶν —— priorem lectionem ut quæ melior & clarior ſit, magis probo.

7 Ariſtoteles in hanc ſententiam libro ſecundo de Ortu & Interitu: Θερμὸν ὃ καὶ ψυχρὸν καὶ ξηρὸν καὶ ὑγρὸν, τὰ μὲν τῷ ποιητικὰ εἶναι, τὰ δ' τῷ παθητικὰ λέγεται, id eſt, *calor & frigus, ſiccitas & humor, illæ qualitates quia vim habent agendi, hæ quoniam patiendi, nomen adeptæ ſunt.* quem locum accuratè admodùm expoſuit Joannes Gram-

Αἱ δὲ διαφοραὶ τῶν σωμάτων, δύο· αἱ μὲν γὰρ εἰσὶ τῶν πρώτων, αἱ δὲ τῶν γενομένων ἐκ τούτων. θερμὸν μὲν γὰρ καὶ ψυχρὸν, καὶ ὑγρὸν καὶ ξηρὸν, τῶν πρώτων· τὸ δὲ βαρὺ καὶ κοῦφον, καὶ πυκνὸν καὶ μανὸν, τῶν γενομένων ἐκ τούτων. τυγχάνουσι δὲ αἱ πᾶσαι δέκα ἓξ. θερμὸν καὶ ψυχρὸν, ὑγρὸν καὶ ξηρὸν, βαρὺ καὶ κοῦφον, ἁραιὸν καὶ πυκνὸν, λεῖον καὶ τραχὺ, σκληρὸν καὶ μαλακὸν, λεπτὸν καὶ παχὺ, ὀξὺ καὶ ἀμβλύ. τούτων δὲ γνωστικὴ καὶ κριτικὴ πάντων ἁφή. διὸ καὶ (τὸ) πρῶτον σῶμα, ἐν ᾧ διαφοραὶ αὗται δυνάμει, αἰσθητικόν ἐστι πρὸς ἁφήν.

Τὸ μὲν οὖν θερμὸν, καὶ τὸ ξηρὸν, καὶ τὸ ἁραιὸν, καὶ τὸ ὀξὺ, πυρός ἐστί· τὸ δὲ ψυχρὸν, καὶ τὸ ὑγρὸν, καὶ τὸ πυκνὸν, καὶ τὸ ἀμβλὺ, ὕδατος. τὸ δὲ μαλακὸν, καὶ τὸ λεῖον, καὶ τὸ κοῦφον, καὶ τὸ λεπτὸν, ἀέρος· τὸ δὲ σκληρὸν καὶ τραχὺ καὶ βαρὺ καὶ παχὺ, γῆς.

[8] Corporum differentiæ duæ sunt, aliæ primæ, aliæ ex primis ortæ: primæ quidem habentur calor & frigus, humor & siccitas. ex primis ortæ sunt gravitas & levitas, raritas & densitas, lævor & asperitas, durities & mollities, tenuitas & crassitudo, acumen & obtusitas. Omnes autem enumerantur sexdecim, calor & frigus, humor & siccitas, gravitas & levitas, raritas & densitas, lævor & asperitas, durities & mollitudo, tenuitas & crassitudo, acumen & obtusitas. quas quidem omnes tactionis sensus cognoscit & judicat. ex quo sanè fit, ut primum illud corpus, in quo hæ differentiæ potestate resident, sensu tactûs comprehendi possit.

Ac calor quidem & siccitas, raritas & acumen propriæ ipsius ignis sunt facultates: aquæ verò frigus, humor, densitas & obtusitas: aëris mollitudo, levitas, lævor, & tenuitas: terræ autem durities, asperitas, gravitas, & crassitudo tributæ sunt.

[9] Τῶν δὲ τεσσάρων πῦρ μὲν καὶ

Ex quatuor corporibus ignis

maticus. hoc idem quod illîc dixit Aristoteles, repetit libro quarto Meteor.

8 Cicero in Academicis, qui Ocelli fortè opusculum viderat, hanc qualitatum divisionem sic distributam interpretatur: *Earum igitur qualitatum sunt aliæ principes, aliæ ex iis ortæ. principes sunt unius modi & simplices. ex his autem ortæ variæ sunt, & quasi multiformes.*

9 Hunc locum ferè totum ex Ocello sumpsit Aristoteles & in secundo de Ortu & Interitu suis rationibus accommodavit, ita scribens,

Τὸ μὲν πῦρ ὁρίζειν ὑπερβολὴν θερμότητος, ὥσπερ κρύσταλλον ψυχρότητος. ἡ γὰρ πῆξις καὶ ζέσις ὑπερβολαί τινες· ἡ μὲν ψυχρότητος, ἡ δὲ θερμότητος. εἰ οὖν κρύσταλλός ἐστι πῆξις ὑγροῦ καὶ ψυχροῦ, καὶ πῦρ ἔσται ζέσις θερμοῦ καὶ ξηροῦ. διὸ καὶ οὐδὲν οὔτε ἐκ κρυστάλλου γίνεται, οὔτε ἐκ πυρός.

Verùm

& terra redundantiæ & rerum contrariarum extremitates sunt. atque ut ignis quidem caloris, sic glacies frigoris exuperantia est. Quòd si glacies humoris & frigoris concretio, ignis pariter caloris & siccitatis habetur fervor. Quapropter neque ex glacie neque ex igne quidpiam gignitur.

καὶ γῆ ὑπερβολαὶ, καὶ ἀκρότητες τῶν ἐναντίων. τὸ μὲν οὖν πῦρ ἐστιν ὑπερβολὴ θερμότητος, ὥσπερ ὁ κρύσταλλος ψυχρότητος. ἐὰν οὖν ὁ κρύσταλλος ἐστὶ πῆξις ὑγροῦ καὶ ψυχροῦ, καὶ τὸ πῦρ ἔσαι ζέσις ξηροῦ καὶ θερμοῦ. διόπερ οὐδὲν ἐκ κρυσταλλου γίνεται, οὐδὲ ἐκ πυρός.

Ignis sanè & terra extrema sunt elementa, aqua & aër media, quippe quæ admistam habeant sui corporis effectionem. Nec verò ut unum tantùm sit extremum, fieri potest, cùm id contrarium esse oporteat. Similiter neque duo, quandoquidem media extremis opposita contrariáque sint.

10 Τὸ μὲν οὖν πῦρ καὶ ἡ γῆ ἄκρα, τὸ δὲ ὕδωρ καὶ ὁ ἀὴρ μεσότητες. μικτὴν γὰρ ἔχουσι τὴν σωματοποιΐαν. οὔτε δὲ ἓν τῶν ἄκρων οἴοντε εἶναι, δεῖ δὲ τὸ ἐναντίον εἶναι· οὔτε δὲ δύο, δεῖ γὰρ τὸ μεταξὺ εἶναι. ἀντίθετοι γὰρ ταῖς ἀκρότησιν αἱ μεσότητες.

Atque ignis quidem calidus

11 Τὸ μὲν οὖν πῦρ θερμὸν

Verùm Aristoteles cùm id concluſit, Ocellum secutus, διὸ καὶ οὐδὲν οὔτε ἐκ κρυσταλλου γίνεται, οὔτε ἐκ πυρὸς, à se ipso videtur dissentire; quippe qui libro 5. de Historiâ animalium, tam ex nive, quæ gelatio quædam est, quàm ex igne oriri posse animal asserat. Nam Plinius civis meus Aristotelis locum sic interpretatur. Quin etiam in iis, quæ putredinem nullam posse recipere existimantur, nasci animalia novimus, ut vermes in nive vetustiore, qui hirti sunt pilis & rubidi. quoniam & ipsa nix vetustate rubescit. sed in nive mediæ terræ candidi & grandiores inveniuntur, torpent omnes, & difficulter moventur. Idem statim de igne. In Cypro ærariis fornacibus, ubi chalcites lapis pluribus diebus crematur, bestiolæ in medio igne nascuntur pennatæ, paulò muscis grandioribus majores, quæ per ignem saliunt, atque ambulant. emoritur & hoc genus, cùm ab igne dimotum est. Sed cum primo Meteororum libro dixerim, philosophum facile posse cum se ipso conciliari, eò quòd aliter in extrariis, aliter in auscultatoriis libris suis loqui solitus sit, idem nunc repetere supervacaneum arbitror. Verùm illud velim consideret diligens lector: quânam moti ratione Plinius & Theodorus Gaza, illa Aristotelis verba, ἐκ τῆς ἐν διΐῃ χιόνος, *in nive media terra* converterint.

10 Aristoteles in eodem secundo. Καὶ ἄκρα μὲν, καὶ εἰλικρινέστατα πῦρ καὶ γῆ, μέσα δὲ καὶ μιγνύμενα μᾶλλον ὕδωρ καὶ ἀὴρ, καὶ ἑκάτερα ἑκατέροις ἐναντία. πυρὶ μὲν γὰρ ἐναντίον τὸ ὕδωρ, ἀέρι δὲ γῆ. ταῦτα γὰρ ἐν τοῖς ἐναντίων παθημάτων συνέστηκεν· *Igni quoque & terra extrema & sincerissima sunt, media & magis admista aqua & aer, & utraque utrisque contraria. aqua enim igni, aëri terra repugnant & adversantur: quippe quæ ex contrariis qualitatibus concreta sint.*

11 Hæc eadem ferè omnia secundo de Ortu & Interitu repetit Aristoteles, ubi quonam modo aër sit humidior quàm aqua, perspicuè declaravit Joannes Grammaticus.

καὶ ξηρὸν, ὁ δὲ ἀὴρ θερμὸς καὶ ὑγρὸς, τὸ δὲ ὕδωρ ὑγρὸν καὶ ψυχρὸν, ἡ δὲ γῆ ψυχρὰ καὶ ξηρά. ἀέρι μὲν οὖν καὶ πυρὶ κοινὸν τὸ θερμόν· ὕδατι δὲ καὶ γῇ κοινὸν τὸ ψυχρόν· γῇ δὲ καὶ πυρὶ κοινὸν τὸ ξηρόν· ὕδατι δὲ καὶ ἀέρι κοινὸν τὸ ὑγρόν. ἴδια δὲ ἑκάστου, πυρὸς μὲν τὸ θερμὸν, γῆς δὲ τὸ ξηρὸν, ἀέρος δὲ τὸ ὑγρὸν, ὕδατος δὲ τὸ ψυχρόν. κατὰ μὲν οὖν τὰ κοινὰ διαμένουσιν αἱ οὐσίαι αὐτῶν· κατὰ δὲ τὰ ἴδια μεταβάλλουσιν, ὅτε τὸ ἐναντίον τοῦ ἐναντίου κατακρατήσει.

& ſiccus, aër calidus & humidus, aqua humida & frigida, terra frigida & ſicca eſſe ſentiuntur. Aër igitur & ignis calorem, frigus aqua & terra, terra & ignis ſiccitatem, humorem aqua & aër communem habent. quamvis unicuique propriæ facultates, ut igni calor, terræ ſiccitas, humor aëri, & frigus aquæ, tributæ ſint. quorum quidem ſubſtantiæ permanſionem à communibus, à propriis mutationem accipiunt. Hoc autem accidit, cùm contrarium vincit & ſuperat contrarium.

Τὸ μὲν οὖν ἐν τῷ ἀέρι ὑγρὸν τοῦ ἐν τῷ πυρὶ ξηροῦ, τὸ δὲ ἐν τῷ ὕδατι ψυχρὸν τοῦ ἐν τῷ ἀέρι θερμοῦ, τὸ δὲ ἐν τῇ γῇ ξηρὸν τοῦ ἐν τῷ ὕδατι ὑγροῦ. καὶ ἀνάπαλιν τὸ μὲν ἐν τῷ ὕδατι ὑγρὸν τοῦ ἐν τῇ γῇ ξηροῦ, τὸ δὲ ἐν τῷ ἀέρι θερμὸν τοῦ ἐν τῷ ὕδατι ψυχροῦ, τὸ δὲ ἐν τῷ πυρὶ ξηρὸν τοῦ ἐν τῷ ἀέρι ὑγροῦ. καὶ οὕτως αἱ μεταβολαὶ γίνονται, καὶ γενέσεις εἰς ἄλληλα ἐξ ἀλλήλων.

Quare cùm aëris humor ignis ſiccitatem, aquæ frigus calorem aëris, terræ ſiccitas aquæ humorem interimit; ac viciſſim retrò cùm aquæ humor terræ ſiccitatem, aëris calor aquæ frigus, & ignis ſiccitas humorem aëris labefactat & deſtruit, tum mutationes & ortus eorúmque viciſſitudines effici ſolent.

Τὸ δὲ ὑποκείμενον σῶμα, καὶ τὸ δεχόμενον τὰς μεταβολὰς, τὸ πανδεχὲς, καὶ τὸ δυνάμει πρῶτον πρὸς τὴν ἁφήν.

At corpus quod ſubjicitur, & mutationes recipit, omnium rerum capax eſt, & poteſtate primum contrectabile.

Γίνονται δὲ αἱ μεταβολαὶ, ἤτοι ἐκ γῆς εἰς πῦρ, ἢ ἐκ πυρὸς εἰς ἀέρα, καὶ ἐξ ἀέρος εἰς ὕδωρ, καὶ ἐξ ὕδατος εἰς γῆν, καὶ τρίτον ὅταν τὸ ἐν ἑκάστῳ ἐναντίον φθαρῇ, καὶ καταλειφθῇ τὸ συγγε-

Mutantur autem elementa, aut cùm ex terrâ ignis, aut ex igne aër, vel aqua ex aëre, vel ex aquâ terra oritur. Tertio quoque modo efficitur mutatio, cùm uniuſcujuſque elementi contraria interit facultas; co-

νὲς

gnata verò, & quæ ejuſdem generis eſt, ſervatur & permanet, ita deleto uno contrariarum rerum pari generatio abſolvitur. Nam ignis calidus ſiccúſque eſt, aër calidus & humidus, quorum utrique communis exiſtit calor; ſiccitas autem ignis, humor aëris proprius peculiariſque eſt. quare cùm humor aëris ignis ſiccitatem exuperat, ignis in aërem convertitur.

Prætereà aqua cùm ſit humida & frigida, aër humidus & calidus, iis ambobus communis eſt humor: aqua verò frigus, & aër calorem, ſuas & proprias facultates habent. itaque ſi aquæ frigus aëris calori dominetur, ex aëre in aquam efficitur mutatio.

Terra quoque frigida ſiccáque eſt, aqua frigida & humida, quarum utraque frigus communiter poſſidet, ſeparatim verò terra ſiccitatem, humorem aqua ſibi ipſis aſciſcunt: ex quo fit, ut cùm terræ ſiccitas aquæ humore valentior eſt, aqua in terram vertatur, mutetúrque.

Contrà verò, quæ è terrâ ſurſum aſcendit mutatio, & quæ per internecionem agitur, tunc accidit, cùm totum ſuperat totum, & ambæ contrariæ facultates interimuntur, nihílque quod illis elementis commune ſit, remanet. Nam cùm ignis calidus & ſiccus exiſtat,

νὲς καὶ τὸ σύμφυλον. ἡ μὲν οὖν γένεσις ἀποτελεῖται, ὅταν μίαι ἐναντιότης φθαρῇ. ἐπεὶ γὰρ τὸ μὲν πῦρ θερμὸν καὶ ξηρόν· ὁ δὲ ἀὴρ θερμὸς καὶ ὑγρὸς, κοινὸν ἀμφοτέροις αὐτοῖς (τὸ) θερμὸν, ἴδιον δὲ πυρὶ μὲν (τὸ) ξηρὸν, ἀέρι δὲ τὸ ὑγρόν. ὅτε οὖν τὸ ἐν τῷ ἀέρι ὑγρὸν ἐπικρατήσει τοῦ ἐν τῷ πυρὶ ξηροῦ, μεταβάλλει τὸ πῦρ εἰς ἀέρα.

Πάλιν ἐπεὶ τὸ μὲν ὕδωρ ὑγρὸν καὶ ψυχρὸν, ὁ δὲ ἀὴρ ὑγρὸς καὶ θερμὸς, κοινὸν ἀμφοτέροις αὐτῶν τὸ ὑγρόν. ἴδιον δὲ τοῦ μὲν ὕδατος, τὸ ψυχρόν· τοῦ δὲ ἀέρος, τὸ θερμόν. ὅτε οὖν τὸ ἐν ὕδατι ψυχρὸν ἐπικρατήσει τοῦ ἐν τῷ ἀέρι θερμοῦ, γίνεται ἐξ ἀέρος εἰς ὕδωρ μεταβολή.

Πάλιν ἡ μὲν γῆ ψυχρὰ καὶ ξηρὰ, τὸ δὲ ὕδωρ ψυχρὸν καὶ ὑγρὸν, κοινὸν ἀμφοτέρων αὐτῶν τὸ ψυχρόν· ἴδιον δὲ τῆς γῆς ξηρὸν, ὕδατος δὲ τὸ ὑγρόν. ὅτε οὖν τὸ ἐν τῇ γῇ ξηρὸν ἐπικρατήσει τοῦ ἐν τῷ ὕδατι ὑγροῦ, γίνεται ἐξ ὕδατος εἰς γῆν μεταβολή.

Ἀπὸ γῆς δὲ ἄνω κατὰ τὸ ἐναντίον. ἡ δὲ κατ' ἐναλλαγὴν, ὅτε ὅλον ὅλου κρατήσει, καὶ δύο δυνάμεις τὰς ἐναντίας φθείρουσι, μηδενὸς ὄντος αὐτοῖς κοινοῦ. ἐπεὶ γὰρ τὸ μὲν πῦρ ἐστι θερμὸν καὶ ξηρὸν, τὸ δὲ ὕδωρ ψυχρὸν καὶ ὑγρὸν, ὅταν τὸ ἐν τῷ ὕδατι ὑγρὸν ἐπικρατή-

κρατή-

κρατήσῃ τοῦ ἐν τῷ πυρὶ ξηροῦ, τὸ δὲ ἐν τῷ ὕδατι ψυχρὸν ἐπικρατήσῃ τοῦ ἐν τῷ πυρὶ θερμοῦ, γίνεται ἐκ πυρὸς εἰς ὕδωρ μεταβολή.

aqua frigida & humida; si aquæ humor ignis siccitatem, & aquæ frigus ignis calorem domet & comprimat, ex igne in aquam conversio fit.

Πάλιν ἡ μὲν γῆ ἐστι ψυχρὸν καὶ ξηρὸν, ὁ δὲ ἀὴρ θερμὸν καὶ ὑγρόν. ὅταν οὖν τὸ ἐν τῇ γῇ ψυχρὸν ἐπικρατήσῃ τοῦ ἐν τῷ ἀέρι θερμοῦ, τὸ δὲ ἐν τῇ γῇ ξηρὸν, τοῦ ἐν τῷ ἀέρι ὑγροῦ, γίνεται ἐξ ἀέρος εἰς γῆν μεταβολή.

Jam verò terra frigida siccáque est, aër calidus & humidus. Quare cùm terræ frigus calorem aëris, & terræ siccitas humorem aëris vincit & superat, aër in terram mutatur & vertitur.

Ὅταν δὲ τοῦ μὲν ἀέρος φθαρῇ τὸ ὑγρὸν, τοῦ δὲ πυρὸς τὸ θερμὸν, γεννηθήσεται ἐξ ἀμφοτέρων αὐτῶν πῦρ. καταλείπεται γὰρ τοῦ μὲν ἀέρος τὸ θερμὸν, τοῦ δὲ πυρὸς τὸ ξηρόν. τὸ δέ γε πῦρ ἐστι θερμὸν καὶ ξηρόν.

Cùm verò humor aëris, & ignis destruitur calor, ex utroque ignis orietur. Nam aëris calor, & ignis remanet siccitas. Atqui calidus & siccus ignis esse deprehenditur.

Ὅταν δὲ τῆς μὲν γῆς φθαρῇ τὸ ψυχρὸν, τοῦ δὲ ὕδατος τὸ ὑγρὸν, γεννηθήσεται ἐξ ἀμφοτέρων αὐτῶν (ἡ) γῆ. καταλείπεται γὰρ τῆς μὲν γῆς τὸ ξηρὸν, τοῦ δὲ ὕδατος τὸ ψυχρόν. ἡ δὲ γῆ ἐστὶ ψυχρὰ καὶ ξηρά.

At cùm terræ frigus & aquæ humor interit, ex ambabus gignitur terra. siquidem terræ siccitas, & aquæ servatur frigus, quibus quidem facultatibus terra prædita est.

Ὅταν δὲ τοῦ ἀέρος φθαρῇ τὸ θερμὸν, καὶ τοῦ πυρὸς τὸ θερμὸν, γένεσις οὐκ ἔσαι. τὰ γὰρ ἐναντία καταλείπεται ἐπ' ἀμφοτέρων, τοῦ μὲν ἀέρος τὸ ὑγρὸν, τοῦ δὲ πυρὸς τὸ ξηρόν· τὸ δὲ ὑγρὸν τῷ ξηρῷ ἐναντίον.

Sed cùm aëris & ignis pariter deletur calor, nullius elementi erit ortus. Nam aëris humor, & ignis relinquitur siccitas, quæ quidem facultates inter se contrariæ & oppositæ sunt.

[12] Καὶ πάλιν ὅταν τῆς γῆς μὲν φθαρῇ

Postremò, cùm terræ & a-

12 Ocellus & Aristoteles de elementis ut vicissim mutentur, egerunt. Ille enim primum duo posuit mutationum genera, unum quod à terrâ ad ignem sursum ascendit, alterum quod deorsum agitur, ut cùm aër ex igne, ex

quæ juxtà frigus deſtruitur, eodem modo nulla ſequitur generatio, ſiquidem terræ ſiccitas & humor aquæ ſervantur incolumes. At humor & ſiccitas facultates adverſæ inimicæque

φθαρῇ τὸ ψυχρὸν, ὕδατος δὲ ὅμοιον, οὐδὲ οὕτως ἔσαι γένεσις· καταλείπεται γὰρ τῆς μὲν γῆς τὸ ξηρὸν, τοῦ δὲ ὕδατος τὸ ὑγρόν· τὸ δὲ ξηρὸν τῷ ὑγρῷ ἐναντίον. καὶ περὶ

ex aëre aqua, ex aquâ terra oritur; quæ quidem duæ generationes, ſeu mutationes una tantùm mutatio quæ in orbem efficiatur, ab Ariſtotele eſſe dicitur, & ea quidem illorum elementorum, quæ deinceps & loci ordine ſe conſequuntur. Addit etiam tertium genus, quod ſanè eſt, cùm utriuſque elementi contraria remanet facultas, cognata verò & ſimilis tollitur: ſed cum in eâ mutatione nullum gignatur elementum, nihil ipſius Ariſtoteles meminit. Adjungit idem Ocellus aliam quandam mutationem κατ' ἀναλλαγὴν, id eſt, per internecionem fieri (quamvis apud eundem etiam legatur κατ' ἀναλλαγὴν) quæ quidem quâ ratione eveniat, ipſe declarat dicens eam effici, cùm totum ſuperat totum, & duæ facultates ſic intereunt, ut nulla illis corporibus ſervetur communis. Hos mutandi modos intellexit Ariſtoteles, quos tamen aliis verbis explicuit, cùm mutationem elementorum in facilem, ac difficilem, in velocem & tardam generatim diſtinxit. Cujus quidem diviſionis primam particulam elementis, quæ proxima ſunt καὶ σύμβολα ἔχει, tribuit; alteram uni extremo & medio, quorum aliud domat & comprimit aliud, & duæ contrariæ deſtruuntur qualitates; ut cùm ignis ex aquâ, aut ex aëre oritur terra, vel contrà cùm aqua in ignem vel terra in aërem mutatur & vertitur.

Verùm unum adhibuit Ariſtoteles, quod ab Ocello fuerat omiſſum, ex duobus elementis ſummè contrariis tertium gigni poſſe: verbi gratiâ, ex igne & aquâ aërem & terram, atque ex aëre & terrâ, ignem & aquam: idque tunc evenire, cum utriuſque una qualitas deperditur, altera conſervatur. Ariſtotelis verba, quibus has elementorum mutationes ab Ocello ſumptas declaravit, hæc ſunt ex ſecundo libro de Ortu & Interitu.

Ariſtotelis Particula XXV.

Ἤδη καθ' ἕκαστον ἀ χαλεπὸν ἰδεῖν πῶς. ἅπαντα γὰρ ἐξ ἁπάντων, διείσῃ δὲ τὸ θᾶττον καὶ βραδύτερον, καὶ τὸ ῥᾷον καὶ χαλεπώτερον. ὅσα μὲν γὰρ ἔχει σύμβολα πρὸς ἄλληλα, ταχεῖα τούτων ἡ μετάβασις· ὅσα δὲ μὴ ἔχει, βραδεῖα, λαβὲ τὸ ῥᾷον εἶναι τὸ ἓν, ἢ τὰ πολλὰ μεταβάλλειν. οἷον ἐκ πυρὸς μὲν ἔσαι ἀὴρ, θᾶττον μεταβάλλοντος τούτου. τὸ μὲν γὰρ ἰῶ θερμὸν καὶ ξηρὸν, τὸ δ' θερμὸν καὶ ὑγρόν. ὥστε ἐὰν κρατηθῇ τὸ ξηρὸν ὑπὸ τοῦ ὑγροῦ, ἀὴρ ἔσαι. πάλιν δ' ἐξ ἀέρος ὕδωρ, ἐὰν κρατηθῇ τὸ θερμὸν ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ· ὁ μὲν γὰρ ἰῶ ὑγρὸν καὶ θερμὸν, τὸ δ' ψυχρὸν καὶ ὑγρόν. ὥστε μεταβάλλοντος τοῦ θερμοῦ ὕδωρ ἔσαι. τὸν αὐτὸν δ' τρόπον καὶ ἐξ ὕδατος γῆ, καὶ ἐκ γῆς πῦρ, ἔχει ἄμφω πρὸς ἄμφω σύμβολα. τὸ μὲν γὰρ ὕδωρ ὑγρὸν καὶ ψυχρὸν, ἡ δ' γῆ ψυχρὸν καὶ ξηρόν. ὥστε κρατηθέντος ὑγροῦ γῆ ἔσαι. καὶ πάλιν ἐπεὶ τὸ μὲν πῦρ ξηρὸν καὶ θερμὸν, ἡ δ' γῆ ψυχρὸν καὶ ξηρὸν, ἐὰν φθαρῇ τὸ ψυχρὸν, πῦρ ἔσαι ἐκ γῆς. ὥστε φανερὸν, ὅτι κύκλῳ τε ἔσαι ἡ γένεσις τοῖς ἁπλοῖς σώμασι, καὶ ῥᾴστος τοιοῦτος ὁ τρόπος τῆς μεταβολῆς, λαβὲ τὸ σύμβολα ἐνυπάρχειν τοῖς ἐφεξῆς. *Jam verò quonam modo id accidat, videre non eſt difficile: omnia enim orientur ex omnibus: ſed differt, eò quòd celeriùs & tardiùs, facilius & magis difficulter efficiatur mutatio. nam quæ cognata ſunt, & communem habent qualitatem, horum velox eſt tranſitus: quæ autem non habent, tardus. propterea quòd unum quam multa facilius mutationem recipit, ut ex igne orietur aër, eo uno celeriùs immutato. nam alter calidus & ſiccus, alter calidus humidúſque eſt. Quare ſi ab humore deſtruatur ſiccitas, aër generabitur: ex aëre item prodibit aqua, ſi calorem frigus exuperet. ſiquidem ille erat*

calidus

περὶ μὲν γενέσεως τῶν πρώτων σωμάτων πῶς τε καὶ τίνων ὑποκειμένων γίνεται, ἱκανῶς εἴρηται διὰ βραχέων.

sunt. Ac de ortu quidem primorum corporum, & quonam modo, & quibus subjectis efficiatur rebus, satis ac breviter expositum est.

Ἐπεὶ

calidus & humidus, hæc verò frigida & humida. Quapropter si mutetur calor, erit aqua, similiter ex aquâ oritur terra, atque ex terrâ ignis (utraque enim utrique cognata est) nam aqua frigida & humida, & terra frigida siccáque percipitur. undè si domitus fuerit humor, prodibit terra, præterea cùm ignis siccus sit & calidus, terra autem frigida & sicca, si abolcatur frigus, ignis orietur & terra. Itaque generationem in orbem simplicibus ineſſe corporibus satis perspicuum est, cùm elementa quæ ordine loci se consequuntur, cognationem habeant.

Aristotelis Particula XXVI.

Ἐκ πυρὸς ὃ ὕδωρ, καὶ ἐξ ἀέρος γῆ. καὶ πάλιν ἐξ ὕδατος καὶ γῆς ἀέρα καὶ πῦρ ἐνδέχεται γίνεσθαι· χαλεπώτερον δὲ λέγω τὸ πλειόνων εἶναι μεταβολήν. ἀνάγκη γὰρ εἰ ἔσται ἐξ ὕδατος πῦρ, φθαρῆναι καὶ τὸ ψυχρὸν, καὶ τὸ ὑγρόν. καὶ πάλιν εἰ ἐκ γῆς ἀὴρ, φθαρῆναι καὶ τὸ ψυχρὸν καὶ ξηρόν. ὡσαύτως δὲ καὶ εἰ ἐκ πυρὸς καὶ ἀέρος ὕδωρ καὶ γῆ, ἀνάγκη ἀμφότερα μεταβάλλειν. αὕτη μὲν ἐν χεροιωτέρα ἡ γένεσις. Mox etiam ex igne aqua, & terra ex aëre; ac rursus ex aquâ & terrâ aër & ignis oriri possunt, quamvis id difficiliùs accidat; nam plurium requiritur mutatio. si enim ignis ex aquâ fieri debeat, ut humor & frigus corrumpantur necessitas cogit: item si aër ex terrâ, frigus & siccitas interimenda sunt. eâdem ratione si ex igne & aëre terra & aqua gignantur, ambæ qualitates mutentur, necesse est. Atque hæc quidem longior & diuturnior habetur generatio.

Hoc mutationis genus, in quo duæ elementorum delentur qualitates, in XXVI. particulâ expositum est, quam mutationem appellavit Ocellus κατ' ἐναλλαγὴν, eámque fieri dixit cùm totum superat totum, & duæ qualitates intereunt sic, ut nulla communis remaneat. mutatio igitur κατὰ τὴν ἐναλλαγὴν, Latinè mutatio per internecionem, sive universa qualitatum consumptio, reddenda est.

Aristotelis Particula XXVII.

Ἐὰν δ' ἐκλίπῃ θάτερον φθαρῇ, ῥᾴον μὲν, ὡς εἰς ἄλληλα δὲ ἡ τέτων μεταβάσις, ἀλλ' ἐκ πυρὸς μὲν καὶ ὕδατος ἔσται γῆ καὶ ἀὴρ, ἐξ ἀέρος δὲ καὶ γῆς πῦρ καὶ ὕδωρ. ὅταν μὲν γὰρ τὸ ὕδατος φθαρῇ τὸ ψυχρὸν, τὸ ὃ πυρὸς ξηρὸν, ἀὴρ ἔσται· λείπεται γὰρ τὸ μὲν τὸ θερμὸν, τὸ ὃ ὡσαύτως τὸ ὑγρόν. ὅταν δὲ τὸ μὲν πυρὸς τὸ θερμὸν, τὸ δὲ ὕδατος τὸ ὑγρὸν, γῆ ἔσται, λέγω τὸ λείπεσθαι τὸ τὸ ξηρὸν, τὸ δὲ τὸ ψυχρόν. ὡσαύτως καὶ ἐξ ἀέρος καὶ γῆς πῦρ καὶ ὕδωρ. ὅταν μὲν γὰρ τὸ ἀέρος φθαρῇ τὸ θερμὸν, τὸ δὲ γῆς τὸ ξηρὸν, ὕδωρ ἔσται, λείπεται γὰρ τὸ μὲν τὸ ὑγρὸν, τὸ δὲ τὸ ψυχρόν. ὅταν δὲ τὸ μὲν ἀέρος τὸ ὑγρὸν, τῆς δὲ γῆς τὸ ψυχρὸν, πῦρ, λέγω τὸ λείπεσθαι τὸ μὲν τὸ θερμὸν, γῆς δὲ τὸ ξηρὸν, ἅπερ ἐστὶ πυρός. *At si utriusque altera destruatur, facilis quidem, sed non mutuus erit transitus; quin immò ex igne & ex aquâ terra & aër, & ex aëre & ex terrâ aqua & ignis ortum habebunt. Nam cùm aquæ frigus & siccitas ignis interibunt, orietur aër. siquidem hujus calor, illius humor pariter relinquitur. Quòd si calor ignis & aquæ humor destruantur, efficitur terra; nam ignis siccitas, & aquæ frigus remanet. Similiter ex aëre & terrâ ignis & aqua gignitur. Nam si aëris calor & terræ siccitas dissipentur, orietur aqua, humor enim aëris, & terræ frigus custoditur illæsum. Cùm verò humor aëris & terræ frigus dispereunt, exultat ignis: propterea quòd illius quidem calor, hujus autem servatur siccitas, quæ quidem ipsius ignis qualitates sunt.*

Hanc mutationem, quâ ex duobus elementis summè contrariis tertium generatur, Ocellum ignorâsse, cùm de eâ nihil scripserit, facilè suspicari possumus. verùm hortor & moneo illud hominum genus, qui Divi Thomæ Aquinatis, & Joannis Duns Scoti discipli-

Verùm cùm ingenitus mundus, & interiturus nunquam sit, atque ut neque initium sumpsit, ita nec finem sit accepturus, duo efficientia, quorum alterum in alio, alterum in se ipso generet, vicissim constituantur necesse est: atque quod in alio generat, ea censetur esse universa mundi pars quæ supra Lunam posita est. propiùs verò Sol ipse, qui appulsu suo & abscessu aërem continenter immutat & variat, ut eundem modò frigidum reddat, modò calidum, cujus mutationem sequitur terræ mutatio & eorum quæ sunt in terrâ.

Orbis etiam signifer, qui obliquus est, ad solis motum maximè confert, cùm & ipse generationis causa sit, necnon universi ornatus ac descriptio, ídque generatim efficiat, ut in eo alia res gignendi, alia patiendi vim habeat. Quod ergò in alio generat, supra Lunam, quod autem in se ipso, infra eandem collocatum est: at quod ex ambabus constat partibus, ex unâ scilicet divinâ & semper currente, ex alterâ verò genitâ, & mutationibus semper obnoxiâ, id certè mundus est.

Ἐπεὶ δὲ ἀνώλεθρος ὁ κόσμος καὶ ἀγέννητος, καὶ οὔτε ἀρχὴν γενέσεως εἴληφεν, οὔτε τελευτήν ποτε λήψεται, δεῖ καὶ τὸ ποιοῦν ἐν ἑτέρῳ τὴν γένεσιν, καὶ τὸ γεννῶν ἐν ἑαυτῷ συνυπεῖναι ἀλλήλοις. τὸ μὲν ποιοῦν (ἐν ἑτέρῳ) τὴν γένεσιν, τὸ ὑπεράνω σελήνης ἐσὶ πᾶν. σύνεγγυς δὲ μᾶλλον ὁ ἥλιος κατά γε τὰς προσόδους καὶ τὰς ἀφόδους, μεταβάλλων τὸν ἀέρα συνεχῶς πρὸς λόγον ψύχους (τε) καὶ θερμασίας, ᾧ συνεπακολουθεῖ καὶ τὴν γῆν μεταβάλλειν, καὶ πάντα τὰ ἐπὶ γῆς.

Εὖ δὲ ἔχει καὶ ἡ * λόξις τῶν ζωδίων τοῦ πόλου πρὸς τὴν τοῦ ἡλίου φοράν· αἰτία γὰρ καὶ αὐτὴ τῆς γενέσεως ἐσί. καθόλου δὲ ἡ τοῦ παντὸς διακόσμησις, ὥστε εἶναι ἐν αὐτῇ τὸ μὲν ποιοῦν, τὸ δὲ πάσχον. τὸ μὲν οὖν ἐν ἑτέρῳ γεννῶν, τὸ ὑπεράνω (τῆς) σελήνης ἐσί· τὸ δὲ ἐν ἑαυτῷ, τὸ ὑποκάτω σελήνης. τὸ δὲ ἐξ ἀμφοτέρων αὐτῶν, τοῦ μὲν ἀεὶ θέοντος θείου, τοῦ δὲ ἀεὶ μεταβάλλοντος γεννητοῦ, κόσμος ἄρα ἐσίν.

Κεφά-

sciplinam pertinaciter defendunt, ut hunc Aristotelis locum de mutatione elementorum accuratè considerent ac perpendant. nam si fecerint, ipsos non arbitror posthac tam audacter negaturos, eandem numero in re quæ interierit, & quæ orta sit, servari qualitatem ac consistere.

* Scrib. ἡ λέξωπις.

Κεφάλαιον γ'.

Ἀνθρώπου δ' ἀρχὴ γενέσεως πρώτη οὐ γέγονεν ἐκ γῆς, οὐδὲ τῶν ἄλλων ζώων, οὔτε φυτῶν, ἀλλ' ἀεὶ τῆς διακοσμήσεως οὔσης, ἀνάγκη καὶ τὰ ἐνυπάρχοντα, καὶ τὰ ἐνδιακεκοσμημένα συνυπεῖναι. πρῶτον μὲν γὰρ ἀεὶ ὄντος τοῦ κόσμου, ἀναγκαῖον καὶ τὰ μέρη αὐτοῦ συνυπάρχειν· λέγω δὲ μέρη, οὐρανὸν, γῆν, τὸ μεταξὺ τούτων· ὃ δὴ [1] μετάρσιον καὶ ἀέριον ὀνομάζεται· οὐ γὰρ ἄνευ τούτων, ἀλλὰ σὺν τούτοις, καὶ ἐκ τούτων ὁ κόσμος.

Τῶν δὲ μερῶν συνυπαρχόντων, ἀνάγκη καὶ τὰ ἐμπεριεχόμενα συνυπάρχειν αὐτοῖς. οὐρανῷ μὲν ἥλιον, σελήνην, ἀπλανεῖς τε ἀστέρας καὶ πλανήτας· τῇ δὲ γῇ ζῶα, φυτὰ, χρυσὸν, ἄργυρον·

Caput. III.

NEc verò primum humani ortûs initium, quemadmodum nec cæterorum animalium, neque plantarum è terrâ ductum est, sed mundi ornatus & dispositio cùm semper existat, etiam quæ in eo disposita, digestáque sunt, semper existant necesse est. siquidem mundus primùm semper manet. Quare partes ejus unâ cum eo statuendæ sunt. partes inquam cœlum & terra, & quæ iis interjecta sunt & media (porrò quod μετάρσιον, id est, sublime dicitur, etiam aërium nuncupatur) non enim sine iis, sed cum iis, atque ex iis concretus est mundus.

Verùm cùm partes simul existant, etiam quæ continentur, unà cum eisdem statuuntur, ut cum cœlo Sol, Luna, & Stellæ tam infixæ certis locis quàm errantes: cum terra, animalia, stirpes, & plan-

[a] μεταρ-

1 Μετάρσιος, verbum Græcum Latinè sublimis interpretatur, quo usus Mercurius Trismegistus in Pœmandro (tametsi μετάρσιον pro excellenti & præstanti accipiat) cùm ait: ἀλλὰ εὐθὺς ἐπεκύησεν ἑπτὰ ἀνθρώπους πρὸς τὰς φύσεις τῶν ἑπτὰ διοικητόρων ἀρρενοθήλυας καὶ μεταρσίους. Sed infrà in eodem dialogo μετάρσιον sumit pro animali pennigero & aërio, sic scribens: ἐκεῖνο δὲ ὅρα ὦ τέκνον, ὅτι ἕκαστον τῶν ζώων, ἐνὶ μέρει ἐπιφοιτᾷ τοῦ κόσμου, τὰ μὲν ἔνυδρα τῷ ὕδατι, τὰ δὲ χερσαῖα τῇ γῇ, τὰ δὲ μετάρσια τῷ ἀέρι. Idem reperitur vocabulum pro sublimi usurpatum à Philone Judæo tum in opusculo περὶ καταστάσεως ἄρχοντος, tum etiam περὶ ἀφθαρσίας κόσμου. Ocellus (ut satis constat) μετάρσιον sumit pro aërio: atque eam mundi partem intelligit, quæ igni & aëri tributa est, quam quidem dicit posteà à Dæmonibus occupatam. Verùm Aristoteles non hanc regionem inter cœlum terrámque constitutam μετέωρον vocavit, sed omnes eas res, quæ in eâdem gignuntur & apparent, unde suo commentario περὶ τῶν μετεώρων titulum imposuit, in quo disputari περὶ τῶν μεταρσίων Olympiodorus Aristotelis interpres asserit. μετάρσιον quoque in eâdem significatione accipitur à Laërtio in Epicuri vitâ. Quid autem sit propriè μετέωρος, abundè jam dixi cum illius libri inscriptionem explicarem.

2 Μεταρ-

tæ, aurum & argentum: cum sublimi & aëria regione spiritus & venti, necnon & mutatio in vim calidiorem & frigidiorem mutatio consistunt. Nam ipsius cœli illud est proprium, ut eas res intra se habeat, quas ejus ambitus complectitur. Terræ ut plantas sustineat, quæ ex ipsa pullulant, & animalia, quæ pastum capessunt. Sublimis & aëria pars hoc sibi vendicat, ut quæ in ea gigni possunt, gignantur.

Cùm igitur in unaquaque mundi parte collocatum sit aliquod eximium animalium genus, verbi gratiâ, in cœlo Dii, homines in terra, in sublimi loco Dæmones, necesse

[2] μεταρσίῳ δὲ καὶ ἀερίῳ πνεύματα, ἄνεμον, μεταβολὴν ἐπὶ τὸ θερμότερον, μεταβολὴν ἐπὶ τὸ ψυχρότερον· σὺν τούτῳ γὰρ οὐρανὸς σὺν τῷ τὰ περιεχόμενα ἔχειν, καὶ σὺν τούτῳ γῆ σὺν τῷ τὰ ἐπ' αὐτῆς φυόμενα καὶ βοσκόμενα ὑπεῖναι, καὶ σὺν τούτῳ μετάρσιον καὶ ἀέριον, σὺν τῷ τὰ ἐν αὐτῷ πάντα τὰ γινόμενα γίνεσθαι.

Ἐπεὶ οὖν καθ' ἑκάστην ἀποτομὴν ὑπερέχον τι γένος ἐντέτακται τῶν ἄλλων, ἐν μὲν οὐρανῷ τὸ τῶν θεῶν, ἐν δὲ γῇ ἄνθρωπος· [3] ἐν δὲ τῷ μεταρσίῳ τόπῳ δαίμονες

2 Μεταρσίῳ καὶ ἀερίῳ πνεύματα καὶ ἄνεμον, μεταβολὴν ἐπὶ τὸ θερμότερον, μεταβολὴν ἐπὶ τὸ ψυχρότερον. In sublimi & aëriâ regione duæ fiunt mutationes; una cùm exhalatio calida & sicca è terris excitata calidior redditur, ex aquâ stellarum crines & trajectiones apparent, quæ quidem in supremâ aëris parte (hæc autem ab Aristotele dicitur ὑπέκκαυμα, id est, fomes succendens) gignuntur. Hoc sanè idem est, quod ignis elementum. Altera accidit mutatio, cùm vapor calidus & humidus, qui ex aquis tollitur, in nubium loco, qui frigidus est, vi frigoris concrescit, & in pluviam, nivem, & grandinem convertitur. Nam grando contrarii caloris circumstantiâ, quæ Græcè nuncupatur ἀντιπερίστασις, quâ exhalationis augetur frigus, cogi solet.

3 Ἐν δὲ τῷ μεταρσίῳ τόπῳ δαίμονες] Ocelli hæc sunt verba, quibus esse Dæmones censuisse satis perspicuum est. quam sententiam secutus est Plato, qui quatuor Dæmonum genera posuit. Aristoteles verò (ut omnes contendunt Peripateticæ sectæ philosophi) Dæmonas esse omninò negavit, quippe qui nullam asseruerit inveniri mentem à materiâ separatam, quæ aliquam cælestem sphæram non moveat. Verùm ipse libro tertio de ortu animalium eosdem asserere visus est, sed non incorporeos. Ejus locum ascribere libuit, ut qui legerint, meliùs judicent, an quod ipse senserit, locutus sit, & scriptum reliquerit. cap. x. Τὸ δὲ τέταρτον γένος οὐκ ἐπὶ τούτων δεῖ ζητεῖν, καίτοι βούλεται γέ τε κατὰ τὴν τοῦ πυρὸς εἶναι τάξιν· τοῦτο γὰρ καὶ τέταρτον ἀριθμεῖται τῶν σωμάτων· ἀλλὰ μὲν πῦρ ἀεὶ φαίνεται τὴν μορφὴν οὐκ ἰδίαν ἔχον, ἀλλ' ἐν ἑτέρῳ σωμάτων. ἢ γὰρ ἀὴρ, ἢ καπνὸς, ἢ γῆ φαίνεται τὸ πεπυρωμένον. ἀλλὰ δεῖ τοιοῦτον γένος ζητεῖν ἐπὶ τῆς σελήνης. αὕτη γὰρ φαίνεται κοινωνοῦσα τῆς τετάρτης ἀποστάσεως. ἀλλὰ περὶ τούτων ἄλλος ἂν εἴη λόγος. i. *Verùm quartum genus in iis non est quærendum, quamvis ipsius ignis ordo requirat ut sit, id enim quartum inter corpora numeratur: verùm ignis propriam habere formam nunquam apparet, nisi in alio corpore. Nam quod ignescit, aut aër, aut fumus, aut terra esse cernitur. Hoc autem genus proximè infra Lunam quærere necesse est. quippe quæ quartæ distantiæ sive absces-*

μονες, ἀνάγκη τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων ἀίδιον εἶναι· εἴπερ ἀληθῶς ὁ λόγος συμβιβάζει, μὴ μόνον τὰ μέρη συνυπάρχειν τῷ κόσμῳ, ἀλλὰ καὶ τὰ περιεχόμενα τοῖς μέρεσι.

est humanum genus esse perpetuum. Siquidem verè præscribit ratio, non solùm mundi partes unà cum mundo, verùm & quæ mundus continet, simul cum partibus existere.

Φθοραὶ δὲ καὶ μεταβολαὶ βίαιοι γίνονται κατὰ τὰ μέρη τῆς γῆς· ὁτὲ μὲν ἀνάχυσιν λαμβανούσης (τῆς) θαλάσσης εἰς ἕτερον μέρος· ὁτὲ δὲ καὶ αὐτῆς τῆς γῆς εὐρυνομένης καὶ διϊσαμένης ὑπὸ πνευμάτων ἢ ὑδάτων, κρύβδην ἐπιφερομένων. παντελὴς δὲ φθορὰ τῆς περὶ τὴν γῆν διακοσμήσεως, οὔτε γέγονεν, οὔτε ἔσαι ποτέ.

At terræ partes vi mutantur & intereunt: interdum quidem cùm altera pars maris effunditur, quandoque verò cùm terra à ventis & aquis quæ in ipsam latenter ingrediuntur, dilatatur, ac dirimitur: terræ tamen constitutio nunquam anteà tota prorsus interiit, nec pòst ullo tempore interitura est.

[4] Διὸ καὶ τοῖς λέγουσι τὴν τῆς Ἑλληνικῆς ἱστορίας ἀρχὴν ἀπὸ Ἰνάχου εἶναι τοῦ Ἀργείου, προσεκτέον οὕτως, οὐχ ὡς ἀπό τινος ἀρχῆς πρώτης, ἀλλὰ τῆς γενομένης μεταβολῆς κατ' αὐτήν. πολλάκις γὰρ καὶ γέγονε καὶ ἔσαι βάρβαρος ἡ Ἑλλὰς, οὐχ ὑπ' ἀνθρώπων μόνον γινομένη μετανάστατος, ἀλλὰ καὶ ὑπ' αὐτῆς τῆς φύσεως οὐ μείζονος οὐδὲ μείονος αὐτῆς γινομένης, ἀλλὰ καὶ νεοτέρας ἀεὶ, καὶ πρὸς ἡμᾶς ἀρχὴν λαμβανούσης.

Quapropter quod dicitur, historiam Græcam ab Inacho Argivo initium duxisse, sic est interpretandum, ut non ab aliquo primo principio, sed aliquâ ejus mutatione quæ acciderit, ortum habuerit. Nam terra Græcia anteà sæpius fuit & posthac etiam erit Barbara, non modò, quòd ad eam exules aliunde commigraverint, verùm quòd à naturâ id etiam proveniat, quæ tametsi nec major redditur neque minor, recentior tamen semper est, & ratione nostri principium sumit.

Περὶ μὲν τοῦ ὅλου καὶ παντὸς, ἔτι δὲ καὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς τῆς ἐν ἑαυτῷ γινομένης, ὡς οὕτως

De toto quidem & universo, déque ortu & interitu, qui in eo fiunt, & ut se habeant,

abscessus particeps sit. sed de iis alia fuerit disputatio.

4 Plinius tamen civis meus Cadmum Milesium primùm historiam condidisse tradit libro VII.

ἔχει,

& in omni æternitate sint habituri, cùm natura partim sempiterno cieat motu, partim perpessionem semper sentiat, atque tum semper gubernet, cùm gubernetur, iis verbis satis explicuimus.

Caput IV.

DE mutuâ autem ipsorum hominum generatione, quo modo scilicet, & ex quibus rectè perfici possit, ita ut non modò legitimè facta, sed temperantiâ & pietate simul operante, habita esse videatur, operæ precium existimo hunc in modum statuere, & primo quidem hoc ipsum cogitare, quòd non voluptatis, sed procreandæ sobolis causâ mulieribus admiscemur.

Siquidem facultates ipsas, instrumenta, & appetitus hominibus dedit Deus, non ut voluptate fruantur, sed ut eorum genus perpetuò duret, ac permaneat. Nam cùm fieri non possit, ut homo ipse qui mortalis natus est, divinitatis efficiatur particeps, si generis immortalitas absumatur, in singulis supplevit Deus, & generationem hanc infinitam & continuatam reddidit. Hoc unum igitur spectare in primis oportet, non esse concumbendum voluptatis causâ.

Mox eandem hominis constitutionem ad universam referendam, quippe qui non solus

ἔχει, καὶ ἕξει τὸν ἅπαντα αἰῶνα, τῆς μὲν ἀεικινήτου φύσεως οὔσης, τῆς δὲ ἀείπαθοῦς· καὶ (τῆς) μὲν ἀεὶ κυβερνώσης, τῆς δὲ κυβερνωμένης, ἱκανῶς μοι εἴρηται διὰ τούτων.

Κεφάλαιον δ'.

ΠΕρὶ δὲ τῆς ἐξ ἀλλήλων ἀνθρώπων γενέσεως, ὅπως τὲ καὶ ἐκ τίνων ἔσαι, κατὰ τρόπον ἐπιτελούμενα, νόμῳ τὲ καὶ σωφροσύνης καὶ ὁσιότητος ἐπισυνεργούσης, τάδε καλῶς ἔχειν οἶομαι· πρῶτον μὲν τοῦτο διαλαβεῖν, ὅτι οὐχ ἡδονῆς ἕνεκα προσίεμεν, ἀλλὰ τέκνων γενέσεως.

Καὶ γὰρ αὐτὰς τὰς δυνάμεις, καὶ τὰ ὄργανα, καὶ τὰς ὀρέξεις τὰς πρὸς (τὴν) μίξιν, ὑπὸ τοῦ θεοῦ δεδομένας τοῖς ἀνθρώποις, οὐχ ἡδονῆς ἕνεκα δεδόσθαι συμβέβηκεν, ἀλλὰ τῆς εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον διαμονῆς τοῦ γένους. ἐπειδὴ γὰρ ἀμήχανον ἦν θνητὸν φύντα θείου (βίου) κοινωνῆσαι, τῆς τοῦ γένους ἀθανασίας φθειρομένης, καθ' ἕκαστον ἀνεπλήρωσεν ὁ θεὸς, ἀκατάληκτον ποιήσας καὶ συνεχῆ ταύτην γένεσιν. ἐν οὖν τοῦτο πρῶτον δεῖ θεωρεῖν, ὅτι οὐχ ἡδονῆς ἕνεκα ἡ μίξις.

Ἔπειτα δὲ καὶ τὴν αὐτὴν τῷ ἀνθρώπῳ σύνταξιν πρὸς τὸ ὅλον, ὅτι μέρος ὑπάρχων οἴκου τε καὶ

πόλεως, καὶ τὸ μέγιστον κόσμου, συμπληροῦν ὀφείλει τὸ ἀπογενόμενον τούτων ἕκαστον, ἐὰν μέλλῃ μήτε συγγενικῆς ἑστίας λειποτάκτης γενέσθαι, μήτε πολιτικῆς, μήτε μὴν τῆς θείας.

Οἱ γὰρ καθάπαξ μὴ διὰ παιδοποιΐαν συναπτόμενοι, ἀδικήσουσι τὰ τιμιώτατα τῆς κοινωνίας συστήματα. εἰ δὲ καὶ γεννήσουσιν οἱ τοιοῦτοι μεθ' ὕβρεως, καὶ ἀκρασίας, μοχθηροὶ (οἱ) γενόμενοι, καὶ κακοδαίμονες ἔσονται, καὶ βδελυροὶ ὑπό τε θεῶν, καὶ δαιμόνων, καὶ ἀνθρώπων, καὶ οἴκων καὶ πόλεων.

Ταῦτα οὖν προδιανοουμένους οὐ δεῖ ὁμοίως τοῖς ἀλόγοις ζώοις προσέρχεσθαι τοῖς ἀφροδισίοις, ἀλλ' ὡς ἀναγκαῖον καλὸν ἡγουμένους. εἴπερ ἀναγκαῖον καὶ καλὸν εἶναι νομίζουσιν οἱ ἀγαθοὶ τῶν ἀνθρώπων, τὸ μὴ μόνον πολυανδρεῖσθαι τοὺς οἴκους, καὶ τὸν πλείονα τῆς γῆς τόπον πληροῦσθαι. ἡμερώτατον γὰρ πάντων καὶ βέλτιστον ζῶον ὁ ἄνθρωπος· ἀλλὰ καὶ τὸ μέγιστον, ἐυανδρεῖσθαι.

Διὰ γὰρ ταύτην τὴν αἰτίαν καὶ τὰς πόλεις ἐυνομουμένας οἰκήσουσι, καὶ τοὺς ἰδίους οἴκους κατὰ τρόπον οἰκονομήσουσι, καὶ τοῖς φίλοις αὐτοῖς κατὰ τὰς πολιτείας, καὶ τὰς πολιτικὰς πράξεις παρέξουσιν, ὅτε μὴ μόνον πολυπληθείᾳ ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ ἐυανδρίᾳ χορηγοῦνται.

lùm domûs & civitatis, verùm etiam mundi maxima habetur pars. quæ quidem, quæcunque res desit, eam supplere & complere debeat. alioquin tum domestici & civilis, tum etiam divini laris desertor futurus sit.

Nam qui prorsus causâ procreationis liberorum non coïerint, ii nobilissimos communionis cœtus injuriâ afficient & violabunt. Quòd si tales fuerint, ut nec legitimè nec temperanter generent, qui orientur filii, sceleśti, improbi, & miseri Diis, Dæmonibus, hominibus, nec non familiis & civitatibus execrandi & detestabiles futuri sunt.

Qui igitur hæc antea consideraverint, ii non belluarum more ad concubitum ferri debent, sed ita ut qui res venereas necessaria bona esse putent. quod sanè probi viri faciunt, qui non solùm domos & plurima terræ loca magnâ hominum multitudine replere necessarium & bonum existimant (mansuetissimum enim atque optimum animalium omnium est homo) sed etiam probis viris, maximum esse censent.

Hanc enim ob causam eveniet, ut civitates benè institutas inhabitent, res suas domesticas & familiares rectè gubernent & tueantur, amicísque ipsis (ut civilis statûs requirit ratio) civiles actiones præbeant, cùm illi non multos tantùm homines, sed etiam probos suppeditabunt.

Itaque peccant complures, qui in matrimoniis contrahendis, non fortunæ magnitudinem, neque publicam utilitatem sibi proponunt, sed divitias aut generis præstantiam tantùm respiciunt. Pro eo enim quod adolescentes & integrâ ætate ducere deberent, vetulas sibi ipsis adjungunt, atque cùm uxores ejusdem secum mentis, & sui simillimæ ducendæ essent, nobilitate præstantes & divitiis affluentes ducunt. Quapropter pro concordiâ discordiam, pro legitimo consensu dissensionem sibi parant, siquidem maritus & uxor inter se de principatu contendunt. Quæ enim mulier divitiis, genere, & amicis antecellit, ut sibi pareat vir contra naturæ leges exoptat: at ille, tametsi justè repugnet, quippe qui sibi primas, non secundas deferri velit, obtinere tamen principatum nullo modo potest.

Quæ quidem res cùm eveniunt, non familiæ tantùm, & domus, verùm etiam civitates infelices reddantur, necesse est. Domus enim civitatum partes sunt: ex partibus totum & universum constituitur. Consentaneum igitur est, quales sunt partes, tale & totum & universum existere, ex hujusmodi constans partibus.

Atque ut primarum quidem partium primæ structuræ ad universum opus benè aut malè complendum plurimum fa-

Ὅθεν ἁμαρτάνουσι πολλοὶ μὴ πρὸς τὸ μέγεθος τῆς τύχης, μηδὲ πρὸς τὸ συμφέρον τῷ κοινῷ συνιζάντες τοὺς γάμους, ἀλλὰ πρὸς τὸν πλοῦτον, ἢ τὴν ὑπεροχὴν τοῦ γένους ἀποβλέποντες. ἀντὶ μὲν γὰρ τοῦ νέαν καὶ ὡραίαν συναρμόζεσθαι, συνηρμόσαντο ἂν τὴν ὑπερηλικεστέραν· ἀντὶ δὲ τοῦ συμπαθῆ τὴν ψυχὴν καὶ ὁμοιοτάτην, ἐπίδοξον τῷ γένει, ἢ περιχρήματον. τοιγάρ τοι ἀντὶ συμφωνίας διαφωνίαν, καὶ ἀντὶ ὁμοφροσύνης, διχοφροσύνην κατασκευάζουσι, περὶ ἡγεμονίας διαμαχόμενοι πρὸς ἀλλήλους. ἡ μὲν γὰρ ὑπερέχουσα πλούτῳ καὶ γένει καὶ φίλοις, ἄρχειν προαιρεῖται τοῦ ἀνδρὸς παρὰ τὸν τῆς φύσεως νόμον· ὁ δὲ διαμαχόμενος δικαίως, καὶ οὐ δεύτερος, ἀλλὰ πρῶτος θέλων εἶναι, ἀδυνατεῖ τῆς ἡγεμονίας ἐφικέσθαι.

Ὧν δὲ γενομένων, οὐ μόνον τοὺς οἴκους κακοδαίμονας, ἀλλὰ καὶ τὰς πόλεις συμβαίνει γενέσθαι. μέρη γὰρ τῶν πόλεων οἱ οἶκοι, ἐκ δὲ τῶν μερῶν, ἡ τοῦ ὅλου καὶ τοῦ παντὸς σύνθεσις. εἰκὸς οὖν ὁποῖα τὰ μέρη τυγχάνουσιν ὄντα, καὶ τὸ ὅλον καὶ τὸ πᾶν τὸ ἐκ τοιούτων συντιθέμενον, τοιοῦτον εἶναι.

Καὶ ἐν (ταῖς) πρώταις δὲ αἱ πρῶται οἰκοδομαὶ μεγάλα συνεργοῦσι πρὸς (τὸ) καλῶς ἢ κακῶς τὸ ὅλον ἔργον συντελεσθῆναι. οἷον

ἐπὶ μὲν οἰκοδομίας, θεμελίου καταβολή· ἐπὶ δὲ ναυπηγίας, τρόπις· ἐπὶ δὲ συναρμογῆς καὶ μελοποιΐας, τάσις φωνῆς καὶ λῆξις. οὕτως οὖν καὶ ἐπὶ πολιτείας ἐυνομουμένης τε καὶ κακονομουμένης, οἴκων κατάστασις καὶ συναρμογὴ μέγιστα συμβάλλεται.

ciunt: verbi gratiâ ad domum ædificandam, fundamenti jactus; ad navem ſtruendam, carinæ fabrica; ad exercendam concentionis & muſicæ artem, contentio vocis & remiſſio: ſic Reipublicæ benè vel malè inſtituendæ familiarum conſtitutio, concordia, & convenientia magnoperè utilis eſt.

Περὶ γενέσεως οὖν σκοπουμένους, τάδε χρὴ πράττειν. καθόλου μὲν δὴ φυλάττεσθαι χρὴ πᾶν τὸ ἀνόμοιον καὶ ἀτελές· οὔτε γὰρ τῶν φυτῶν τὰ ἀτελῆ, οὔτε τῶν ζώων εὔκαρπα γίνεται. ἀλλὰ δεῖ γενέσθαι τινὰ χρόνον πρὸς τὰς καρποφορίας, ὅπως ἐξ ἰσχυόντων τε καὶ τελειουμένων τῶν σωμάτων τὰ σπέρματα καὶ καρποὶ γίνωνται.

Quapropter qui de generatione cogitant, hæc agere opus eſt, ut generatim quodcunque diſſimile imperfectúmque eſt obſervent. Nam nec plantæ ipſæ, nec animalia, cùm adhuc imperfecta ſunt, fœcunda ſunt. quin potiùs requiritur, ut aliquo temporis ſpacio genita ſint antea, quàm fructum ferant, ut cùm robur & perfectionem aſſumpſerint corpora, ſemen & fructus producant.

Ὅθεν δεῖ τοὺς παῖδας καὶ τὰς παρθένους ἐν γυμνασίοις τε καὶ καρτερίαις ταῖς προσηκούσαις τρέφειν, καὶ τροφὴν προσφέρεσθαι (τὴν) ἁρμόζουσαν φιλοπόνῳ τε καὶ σώφρονι καὶ καρτερικῷ βίῳ.

Ex quo fit, ut tam pueri, quàm puellæ virgines, in exercitationibus tolerantiiſque decoris alendi ſint: quibus is etiam adhibendus eſt cibus, qui laborioſæ, temperatæ, & toleranti vitæ ſit aptiſſimus.

Πολλὰ δὴ τῶν κατὰ ἀνθρώπινον βίον τοιαῦτα ἐστὶν, ἐν οἷς βέλτιον ἡ ὀψιμαθία. διὸ καὶ πρὸς τὴν τῶν ἀφροδισίων χρῆσιν οὕτως ἄγεσθαι χρὴ τὸν παῖδα, [1] ὡς μηδὲ ἐπιζητεῖν πρὸ τῶν εἴ-

Multa ſanè exiſtunt hujuſmodi in vitâ humanâ, quæ melius eſt, ſi ſerò diſcantur. quare adoleſcens ad rerum venerearum uſum ita eſt agendus, ut ipſis ante xx. annum non fruatur: quas etiam cùm

κοσιν

1 Ὡς μηδὲ ἐπιζητεῖν πρὸ τῶν εἴκοσιν ἐτῶν τῶν τοιούτων χρῆσιν] *ut ante annos viginti rerum venerearum uſum non quærat.* in hanc ſententiam Cæſar libro VI. de bello Gallico, de Germaniæ moribus loquens, *Intra annum* (inquit) *XX. fœminæ notitiam habuiſſe, in turpiſſimis habent rebus.*

2 Plato

gustaverit, rarenter exerceat. Quod sanè erit, si bonum corporis habitum & continentiam res esse optimas & honore dignas censuerit.

Quin etiam hujusmodi institutorum disciplina in terræ Græciæ civitates inducenda est, ne cum matre, filiâ, sorore, nec in locis sacris, nec in propatulis coëant. Nam præclarè & utiliter agetur, si huic actioni plurima adhibeantur impedimenta.

Tollendæ porrò sunt penitùs omnes illæ generationes, quæ præter naturam & contumeliosæ sunt. Contrà relinquendæ & servandæ, quæ secundum naturam & temperanter efficiuntur, ut filii sobriè & legitimè geniti sint.

Opus est præterea ut qui liberorum procreationi operam dant, futuræ sobolis multò antè curam suscipiant. Ea porrò prima & potissima adhibebitur animadversio, si temperato & salubri utantur cibo, non ebrietate capiantur, nec quidpiam sumant, quod perturbationem afferat, ex quibus qui-

κεσιν ἐτῶν τὴν τοιαύτην χρῆσιν, ἀλλὰ καὶ χρησάμενον, σπανίως χρῆσθαι. ἔςαι δὲ τοῦτο, ἐὰν καλὸν καὶ τίμιον εἶναι νομίζῃ τὴν ἐυεξίαν καὶ τὴν ἐγκράτειαν.

[2] Δεῖ δὲ καὶ παιδεύειν τὰ τοιαῦτα τῶν νομίμων ἐν ταῖς Ἑλληνικαῖς πόλεσι, τὸ μήτε μητρὶ συγγίνεσθαι, μήτε θυγατρὶ, μήτε ἀδελφῇ, μήτε ἐν ἱεροῖς, μήτε ἐν φανερῷ τόπῳ. καλὸν γάρ ἐςι καὶ πρόςφορον τὸ ὡς πλεῖςα κωλύματα γίνεσθαι τῆς ἐνεργείας ταύτης.

Καθόλου δὲ δεῖ περιαναιρεῖν τάς τε παρὰ φύσιν γενέσεις, καὶ τὰς μεθ' ὕβρεως γινομένας. καταλιμπάνειν δὲ τὰς κατὰ φύσιν, καὶ μετὰ σωφροσύνης ἐπὶ τεκνοποιίᾳ σώφρονί τε καὶ νομίμῳ γινομένῃ.

Δεῖ δὲ πάλιν πρόνοιαν ποιεῖσθαι τοὺς τεκνοποιουμένους τῶν ἐσομένων τέκνων. πρώτη μὲν οὖν μεγίςη φυλακὴ πρὸς γένεσιν τῷ τεκνοποιεῖν βουλομένῳ, δίαιτα σωφρονικὴ καὶ ὑγιεινή· ὡς μή τε πληρώσει χρῆσθαι τροφῆς ἀκαίρου, μήτε μέθῃ, μήτε ἄλλῃ τῇ ταραχῇ, ἐξ ὧν χείρους (αἱ) αὐτῶν

2 Plato lib. 5. de Rep. hæc Ocelli præcepta vidisse palàm ostendit: qui tametsi plures enumeret cognationis gradus à quibus abstinere nos oporteat, coitum tamen cum sorore non videtur prohibere. verba Platonis hæc sunt: Ὅταν δὴ οἶμαι αἵτε γυναῖκες καὶ οἱ ἄνδρες τοῦ γεννᾶν ἐκβῶσι τὴν ἡλικίαν, φήσομέν που ἐλευθέρους αὐτοὺς συγγενέσθαι ᾗ ἂν ἐθέλωσι πλὴν θυγατρὶ καὶ μητρὶ, καὶ ταῖς τῶν θυγατέρων καὶ ταῖς ἄνω μητρός. καὶ τὰς γυναῖκας αὖ, πλὴν ὑεῖ καὶ πατρὶ, καὶ τοῖς τῶν τοιούτων εἰς τὸ κάτω καὶ εἰς τὸ ἄνω.

ἀὐτῶν σωμάτων ἕξεις γίνονται. μάλισα δὲ πάντων προσήκει φυλάττεσθαι τὸ τῆς καθεσηκυίας τῆς διανοίας τὰς μίξεις γίνεσθαι. ἐκ φαύλων γὰρ καὶ ἀσυμφώνων καὶ ταραχωδῶν ἕξεων μοχθηρὰ γίνεται τὰ σπέρματα.

dem rebus habitus corporis deteriores evadunt. Illud verò omnium maximè curandum eſt, ut non niſi pacatâ & tranquillâ mente concumbant. nam cùm pravi & inconſtantes, ac perturbati ſunt corporis habitus, ex illis vitioſa ſemina ſolent prodire.

Μετὰ πάσης οὖν σπουδῆς καὶ προσοχῆς δεῖ καταβάλλεσθαι, ὅπως τὰ γεννώμενα γίνηται χαριέσατα, καὶ γεννώμενα, καλῶς ἀνατραφῇ. [3] οὔτε (δὲ) γὰρ δίκαιον, τοὺς μὲν φιλίππους καὶ φιλόρνιθας καὶ φιλόκυνας, μετὰ πάσης ἐπιμελείας φροντίδα ποιεῖσθαι τῶν γινομένων, [4] ὡς δεῖ, καὶ ἐξ ὧν δεῖ, καὶ ὅτε δεῖ, καὶ πῶς διακειμένων γίνεσθαι τὰς μίξεις καὶ τὰς κοινωνίας, τοῦ μὴ ὡς ἔτυχε γίνεσθαι τὰ γεννώμενα· τοὺς δὲ ἀνθρώπους μηδένα ποιεῖσθαι λόγον τῶν ἰδίων ἐγγόνων· ἀλλὰ (καὶ) γεννᾷν ὡς ἔτυχε, καὶ γεννωμένων ὀλιγωρεῖν καὶ τῆς τροφῆς καὶ τῆς παιδείας.

trà poteſt contrahere: & acerbum quoque guſtum contrahere, acre verò diducere ſolet naturali quâdam facultate. Porro animalium eorum quæ aërem inſpirant, corpus & nutritur & conſervatur, dum alimentum per venas in univerſam corporis molem diſtribuitur, & defluxione quâdam veluti per canales derivatur, & à ſpiritu irrigatur, qui eum ad extremos uſque fines efficaci quodam motu diffundit. Reſpiratio autem fit quum nihil vacui in natura ſit: aër autem per oſcula quæ videri non poſſunt, & attrahitur, & influit in ejus vicem qui effluxit. ex illis etiam meatibus mador ſudórque perſpicuè exiſtit in ſuprema cutis parte. Jam quum & aliquid de ipſo à naturali calore abſumatur, neceſſe eſt viciſſim introduci æqualem motum ejus qui conſumptus eſt. quod niſi fieret, vacuum aliquid daretur in rerum natura: quod fieri nullo modo poteſt. non enim perpetuo illo motu quo ſolet animal quaſi fluere, vires ſuas reficere atque inſtaurare poſſet, ut unum videlicet perduret, ſi corporis tabernaculum à vacuo divideretur. Similis autem inſtrumentorum ſolet eſſe molitio, & in ipſis quidem inanimis, ex ea reſpirationis reciproca proportione. cucurbitula enim & ſuccinum imagines ſunt reſpirationis. nam fluunt per corpus foras ſpiritus, viciſſim autem introducuntur per reſpirationem & ore & naribus. deinde rurſus, velut Euripus, viciſ-

ἀντε-

* *For.* εἴη κασύῤῥοον. *aut certè poſt particulam* κα *aliud quodpiam hujuſmodi vocabulum ſcriptum fuit.*

sim feruntur in corpus. illud verò secundum influxiones distenditur. At cucurbitula consumpto igne ab aëre, attrahit humorem: succinum verò excreto spiritu, suscipit simile corpus.

Omne vero alimentum à radice quidem cordis, à fonte vero ventriculi in corpus inducitur. quod etiam, si plus irrigatur quàm defluat, Incrementum dicitur: si vero minus, Imminutio. Vigor autem in horum confinio consistit, & in defluxionis ac influxionis æqualitate intelligitur. Quum autem constitutionis compages dissolvuntur, si non ampliùs transitus est spiritui, aut alimentum minimè distribuitur, animal interit. Multæ vero sunt pestes & noxæ vitæ, & mortis causæ. unum autem genus nominatur Morbus. morborum vero princeps & primaria causa, est primarum facultatum intemperies atque perturbatio: si videlicet simplices facultates vel redundarint vel defecerint: caliditas nimirum, frigiditas, humiditas aut siccitas. Post has autem sunt sanguinis mutationes & alterationes ex corruptione, & depravationes carnis tabidæ: si vicissitudinum alternationibus ad acidum vel salsum aut acre, sanguinis alterationes aut carnis tabes existant. Hinc enim bilis & pituitæ origines, humores morbosi & humorum putrefactiones, tenues quidem, si in

ἀντεπιφέρεται εἰς τὸ σῶμα. τὸ δὲ ἀνατείνεται καττὰς ἐκροάς. ἢ δὲ σικύα, ἀπαναλωθέντος ἀπὸ τῶ πυρὸς τῶ ἀέρος, ἐφέλκεται τὸ ὑγρόν· τὸ δ' ἤλεκτρον, ἐκκριθέντος τῶ πνεύματος, ἀναλαμβάνει τὸ ὅμοιον σῶμα.

Τροφὰ δὲ πᾶσα, ἀπὸ ῥίζας μὲν τᾶς καρδίας, παγᾶς δὲ τᾶς κοιλίας, ἐπάγεται τῷ σώματι· ὃ καὶ εἴκα πλείω τᾶς ἀπορρεούσας ἐπάρδοιτο, αὔξα λέγεται· εἴκα δὲ μείω, φθίσις. ἃ δ' ἀκμὰ, μεθόριον τουτέων ἐστὶ, καὶ ἐν ἰσότατι ἀπορροᾶς καὶ ἐπιῤῥοᾶς νοέεται. λυομένων δὲ τῶν ἁρμῶν τᾶς συςάσιος, αἴκα μηκέτι δίοδος ᾖ πνεύματι, ἢ τροφὰ μὴ διαδίδοται, θνάσκει τὸ ζῶον. πολλαὶ δὲ κᾶρες ζωᾶς, καὶ θανάτου αἰτίαι. ἓν δὲ γένος, νόσος ὀνυμαίνεται. νόσω δ' ἀρχαὶ μὲν, αἱ τᾶν πράταν δυναμίων ἀσυμμετρίαι, εἴκα πλεονάζοιεν ἢ ἐλλείποιεν ταὶ ἁπλαῖ δυνάμιες, θερμότας, ἢ ψυχρότας, ἢ ὑγρότας, ἢ ξαρότας. μετὰ δὲ ταύτας, αἱ τῶ αἵματος τροπαὶ, καὶ ἀλλοιώσιες ἐκ διαφθορᾶς, καὶ * αἱ τᾶς σαρκὸς τακομένας κακώσιες· αἴκα καττὰς μεταβολὰς, ἐπὶ τὸ ὀξὺ, ἢ ἁλμυρὸν, ἢ δριμὺ τροπαὶ αἵματος, ἢ σαρκὸς τακεδόνες γένοιντο. χολᾶς γὰρ αἱ γενέσιες καὶ φλέγματος, ἐνθένδε. χυμοὶ νοσώδεες, καὶ ὑγρῶν σάψιες, ἀμαυ-

* *In præced. edit.* αἱτίας.

ραὶ μὲν, αἱ μὴ ἐν βάθει· χαλεπαὶ δ', ὧν ἀρχαὶ γεννῶνται ἐξ ὀστέων· ἀνιαραὶ δὲ, ἐκ μυελῶ ἐξαπτόμεναι. τελευταῖαι δὲ νόσων ἐντὶ, πνεῦμα, χολὰ, φλέγμα, αὐξόμενα, καὶ ῥέοντα ἐς χώρας ἀλλοτρίας, ἢ τόπως * ἐπικαιρίως. τόκα γὰρ ἀντικαταλαμβάνοντα τὰν τῶν καρρόνων χώραν, καὶ ἀπελάσαντα τὰ συγγενέα, ἱδρύεται κακοῦντα τὰ σώματα, καὶ ἐς αὐτὰ ταῦτα * ἀναλύονται. καὶ σώματος μὲν πάθεα τάδε, καὶ ἐκ τῶνδε ψυχᾶς νόσοι ἔντὶ πολλαί. * ἄλλαι δ' ἄλλων δυναμίων ἐντί· αἰσθατικᾶς μὲν, δυσαισθασία· μναμονικᾶς δὲ, λάθα· ὁρμητικᾶς δὲ, ἀνορεξία, καὶ ἀπροπέτεια· παθητικᾶς δὲ, ἄγρια πάθεά τε καὶ λύσσαι οἰσρώδεες· λογικᾶς δὲ, ἀμαθία καὶ * ἀφροσύνα. ἀρχαὶ δὲ κακίας, ἀδοναὶ καὶ λύπαι, ἐπιθυμίαι τε καὶ φόβοι, ἐξαμμέναι μὲν ἐκ σώματος, ἀνακεκραμέναι δὲ τᾷ ψυχᾷ, καὶ ἐξαγγελλόμεναι ἀνόμασι ποικίλοις· ἔρωτες γὰρ καὶ πόθοι, ἵμεροί τε ἔκλυτοι, ὀργαί τε σύντονοι, καὶ θυμοὶ βαρεῖς, ἐπιθυμίαι τε ποικίλαι, καὶ ἀδοναὶ ἄμετροι ἐντί. ἁπλῶς δὲ, ἀτόπως ἔχεν ποτὶ τὰ πάθη, καὶ ἄρχεσθαι, πέρας ἀρετᾶς καὶ κακίας ἐσί. τὸ γὰρ

profundo ſint: [curatu] difficiles, quorum principia ex oſſibus generantur: moleſtæ verò [ipſo ſenſu] quæ ex medulla accenduntur. Poſtremi autem ſunt morbi, Spiritus, bilis, pituita: dum & augentur & influunt in ſedes alienas, vel locos corporis principales. tunc enim meliorem locum occupant, cognatíſque depulſis ſedes figunt, & afflictis corporibus in hæc ipſa diſſolvuntur. 1 Et corporis quidem hæ ſunt affectiones, & ex his animi complures morbi exiſtunt: ſed alii alias habent poteſtates: Sentiendi quidem facultatem, ſtupor: memoriæ vim, oblivio: appetendi, ſtomachi faſtidium, vel nimius appetitionis ardor: patiendi, feræ affectiones, & œſtro percitæ rabies: rationis participem animi facultatem, indocilitas, imperitia & inſipientia. Vitioſitatis autem principia ſunt, Voluptates & dolores, cupiditates & timores, ex corpore quidem accenſæ, ſed in animam quaſi immixtæ: ac proinde ex variis effectis varias ſortiuntur appellationes. Nam amores, deſideria, diſſolutæ cupidines, iræ concitatæ, graves excandeſcentiæ, cupiditates variæ, cupiditates denique infinitæ ex his motibus animo exiſtunt. In ſumma verò, ita comparatum eſſe ut importuno quodam & abſurdo cupiditatum imperio animus ſubjiciatur, eſt Virtutis & vitii ter-

πλεο-

* γρ. ὅτι καιρίως.
* γρ. ἀναλύοντα.
1 De corporis & animi morbis, pag. LXXXI, &c.

* *Legitur etiam* ἄλλα, *ut referatur ad* πάθεα.
* γρ. ἐκφροσύνα.
* *Scri-*

minus. nam in his vel multum esse vel superiorem, nos vel bene vel malè affectos reddit. Ad hos animi impetus multum afferunt adjumenti corporis temperamenta, quæ vel vehementia fuerint & fervida, vel alio quopiam modo affecta atque composita, prout varii sunt multiplicésque motus: & ad atras biles & effusissimas libidines nos abripiunt. Fluxionibus autem illis irritatæ quædam partes inducunt acres morsus, formásque tumescentium potiùs quàm sanorum corporum: per quas tristitiæ & obliviones, & desipientiæ & consternationes incidunt. Multum etiam possunt consuetudines, quibus quis vel in ea civitate vel eâ familia in qua & natus & educatus fuerit, sese conformârit. Accedit quotidiana vivendi ratio, animum vel frangens atque effœminans, vel contrà ad gravitatem fortitudinémque corroborans. nam & sub dio vitam agere, simplex tenuísque alimentorum ratio, exercitationes, mores denique eorum cum quibus versaris, magnum habent sive ad virtutem sive ad vitium momentum. Vitiositas verò è parentibus nostris & elementis potiùs oritur quàm ex incuria & publicorum morum intemperie: [quum videlicet ita simus comparati] ut ab illis actionibus quæ nos ad primævas illas parentum nostrorum labes adducunt, nunquam abscedamus. [1] Cæterùm, ut bene se habeat animal, eo corpore debet esse præditum, quod eas

πλεοναίζειν ἐν ταύταις, ἢ κάρρονα αὐτᾶν εἶμεν, εὖ ἢ κακῶς ἄμμε διατίθησι. ποτὶ δὲ ταύτας τὰς ὁρμὰς μεγάλα μὲν συνεργέεν δύνανται αἱ τῶν σωμάτων κράσιες, ὀξεῖαι ἢ θερμαὶ, ἢ ἄλλοτ' ἀλλοῖαι γιγνόμεναι, ἔς τε μελαγχολίας καὶ λαγνείας λαβροτάτας ἄγοισαι ἄμμε. καὶ ῥευματιζόμενα μέρεα * δαξασμὼς ποιεῦντι καὶ μορφὰς φλεγμαινόντων σωμάτων μᾶλλον ἢ ὑγιαινόντων· δι' ὧν δυσθυμίαι καὶ λάθαι, παραφροσύναι τε καὶ πτοῖαι ἀπεργάζονται. ἰκανὰ δὲ τὰ ἔθεα, ἐν οἷς ἂν ἐντραφῶσι κατὰ πόλιν ἢ οἶκον, καὶ ἃ καθ' ἁμέραν δίαιτα, θρύπτουσα τὰν ψυχὰν, ἢ ῥωννῦσα ποτ' ἀλκάν. ταὶ γὰρ θυραυλίαι, καὶ ἄπλαῖ τροφαί, καὶ τὰ γυμνάσια, καὶ τὰ ἤθεα τῶν συνόντων, τὰ μέγιστα δύνανται ποτὶ ἀρετὰν καὶ ποτὶ κακίαν. καὶ ταῦτα μὲν αἴτια ἐκ τῶν γενετόρων καὶ στοιχείων ἐπάγεται μᾶλλον ἢ ἐξ ἁμέων, ὅτι μὴ * ἀργεία ἐσὶν, ἀφισαμένων ἁμῶν τῶν ποθακόντων ἔργων. ποτὶ δὲ τὸ εὖ ἔχεν τὸ ζῶον, δεῖ τὸ σῶμα ἔχεν τὰς ὑπ' αὐτῷ ἀρε-

* *Scribendum puto* ἐδαξασμὼς.

* *Invenitur &* ἄρτια ὄξιν. *Illa autem altera scriptura stare videtur non posse, nisi ei mutetur in* ι, *similque pro* ποθακόντων *aliud scribatur.*

[1] De corporis & animi remediis, pag. LXXXVIII, &c.

ἀρετὰς, ὑγείαν τε καὶ εὐαισθασίαν, ἰσχύν τε καὶ κάλλος. ἀρχαὶ δὲ κάλλους, συμμετρία ποτί τ' αὐτὰ τὰ μέρεα, καὶ ποτὶ τὰν ψυχάν. ἀ γὰρ Φύσις, οἷον ὄργανον ἁρμόξατο τὸ σκᾶνος, ὑπακοῦόν τε εἶμεν καὶ εὐαρμόνιον ταῖς τῶν βίων ὑποθέσεσι. δεῖ δὲ καὶ τὰν ψυχὰν ῥυθμίζεσθαι ποτὶ τὰς ἀναλόγως ἀρετάς· ποτὶ μὲν σωφροσύναν, οἷον ποτὶ ὑγείαν τὸ σῶμα· ποτὶ δὲ φρόνασιν, οἷον ποτὶ εὐαισθασίαν· ποτὶ δὲ ἀνδρειότατα, οἷον ποτὶ ῥώμαν καὶ ἰσχύν· ποτὶ δὲ δικαιοσύναν, οἷον ποτὶ κάλλος τὸ σῶμα. τουτέων δὲ, ἀρχαὶ μὲν ἐκ Φύσεως· μέσα δὲ καὶ πέρατα, ἐξ ἐπιμελείας· σώματός τε, διὰ γυμνασικᾶς καὶ ἰατρικᾶς· ψυχᾶς δὲ, διὰ παιδείας καὶ φιλοσοφίας. αὗται γὰρ ταὶ δυνάμιες τρέφοισαι καὶ τονοῖσαι καὶ τὰ σώματα καὶ τὰς ψυχὰς, διὰ πόνων καὶ γυμνασίων, καὶ διαίτας καθαρότατος, ταὶ μὲν διὰ Φαρμακειᾶν, ταὶ δὲ παιδευτικαὶ τᾶν ψυχᾶν, διὰ κολασίων καὶ ἐπιπλαξίων. ῥωννύουσι γὰρ, διὰ προτροπᾶν ἐγείροισαι τὰν ὁρμὰν, καὶ ἐκκελευόμεναι τὰ ποτίφορα * ποτὶ ἔργα. ἀλειπτικὰ μὲν ὦν, καὶ ἃ ταύτᾳ συγγενεσάτα ἰατρικὰ, σώματα ταχθεῖσα θερα-

virtutes quibus ſanitas, ſenſuum ſubtilitas, robur, pulchritudo denique conſtare ei poſſit, cumulatè complectatur. Pulchritudinis principia ſunt, partium congruentia atque concinnitas, quæ & ſecum & cum animo ipſo aptè conſpirent atque conveniant. Natura enim hoc corporis tabernaculum veluti inſtrumentum compoſuit, ut & obediens ſit, & ad omnes vitæ rationes concinno quodam aptóque modo par eſſe poſſit. Animus quoque ad convenientes virtutes conformandus eſt atque inſtituendus: nimirum ad temperantiam, veluti corpus ad ſanitatem: ad prudentiam verò, veluti ad ſenſuum ſubtilitatem: ad fortitudinem, veluti ad robur & vires: ad juſtitiam, veluti corpus ad pulchritudinem. Harum Virtutum primordia quidem ſunt ex natura: media verò & fines, ex diligentia: in corpore videlicet, gymnaſtices adjumento & medicinæ: in animo autem eruditionis & philoſophiæ beneficio. Hæ enim facultates nutriunt & roborant tum animos tum corpora, laboribus, exercitationibus, purâque victus ratione: adhibitis partim medicamentis ad corpus reficiendum atque inſtaurandum, partim animi inſtitutione, caſtigationibus & reprehenſionibus. corrobant enim animum, dum cohortationum aculeis illius impetum exſuſcitant, & ad commodas fructuoſáſque actiones impellunt. Unctoria igitur ars, & quæ huic cognata eſt Medicina, corporibus curandis de-

πεῦεν,

* χ. ποτὶὰ ἔργα *Alioqui potius* ποτὶ *ſcribendum, ſicut & paulo pòſt ſcriptum eſt.*

γρ.

ſtinata eſt: ádque optimam harmoniam facultates illas adducens, purum ſanguinem ſpiritúmque expeditè fluentem reddit: ut ſi quid etiam morboſum ſubſit, validis illis ſanguinis ſpiritúſque facultatibus id valeant pervincere atque profligare. Jam verò Muſica & hujus dux Philoſophia ad animi emendationem à diis legibúſque conſtitutæ, aſſuefaciunt & ſuadent & cogunt partem animi expertem rationis obtemperare rationi: ei autem parti quæ ſit expers rationis, manſuetam eſſe cicurámque Iram: Cupiditatem, quieſcere: hactenus videlicet ut ipſæ nec abſque ratione moveantur, nec contrà quieſcant, quum ipſas Mens vel ad actiones vel ad fructum voluptatis provocaverit. Ille enim eſt temperantiæ terminus, Obedientia & tolerantia. Sed & intelligentia & antiqua illa auguſtáque philoſophia mentem mendacibus inanibúſque opinionibus expurgatam, & ex magna ignorantia revocatam Scientiæ dedicarunt, eámque ad rerum divinarum contemplationem erexerunt. In quarum rerum cognitione ſiquis ita verſetur ut animum gerat ſuâ ſorte contentum, humanóſque caſus ſub ſe poſitos habeat, & in hac animi æquitate quaſi ſecundo flumine ad moderatam temperatámque vitam aſpiret, is profectò viam ingreſſus eſt certæ felicitatis. Et certè is cui Deus has ſortes attribuerit, per veriſſimam opinionem ad feliciſſimam vitam deducitur. ſi quis contrà durus, & præfractus fuerit, nec ſanctiſſimis illis præceptis voluerit parere, eum pœna conſequetur tum ex

πεῦεν, ἐς τὰν κρατίσαν ἁρμονίαν ἄγοισα τὰς δυνάμιας, τό, τε αἷμα καθαρὸν, καὶ τὸ πνεῦμα σύῤῥοον ἀπεργάζεται· ἵν' εἴ καί τι νοσῶδες ὑπογένοιτο, κράτος αὐτῶ ἔχοιεν ἐῤῥωμέναι ταὶ δυνάμιες αἵματος καὶ πνεύματος. μωσικὰ δὲ, καὶ ἁ ταύτας ἀγεμὼν φιλοσοφία, ἐπὶ τᾷ τᾶς ψυχᾶς ἐπανορθώσει ταχθεῖσαι ὑπὸ θεῶν τε καὶ νόμων, ἐθίζοντι καὶ πείθοντι, τὰ δὲ καὶ ποταναγκάζοντι, τὸ μὲν ἄλογον τῷ λογικῷ πείθεσθαι· τῶ δ' ἀλόγω, θυμὸν μὲν πρᾶον εἶμεν, ἐπιθυμίαν δὲ ἐν ἀρεμήσει· ὡς μὴ δίχα λόγω κινέεσθαι, μηδὲ μὰν ἀτρεμίζεν τῶ νῶ ἐκκαλεομένω, ἢ ποτὶ ἔργα, ἢ ποτὶ ἀπολαύσιας. οὗτος γάρ ἐσιν ὅρος σωφροσύνας, εὐπείθειά τε καὶ καρτερία· καὶ σύνεσις, καὶ ἁ πρεσβύτα φιλοσοφία, ἀποκαθαράμεναι *ψεύδεα, ἐνέβηκαν τὰν ἐπιστήμαν, ἀνακαλεσάμεναι τὸν νόον ἐκ μεγάλας τᾶς ἀγνοίας, χαλάσασαι ἐς ὄψιν τῶν θείων· τοῖς ἐνδιατρίβεν σὺν αὐταρκείᾳ τε ποτ' ἀνθρώπεια, καὶ συνεργίᾳ ἐπὶ τὸν σύμμετρον βίω χρόνον, εὐδαιμόν ἐσιν. ὅτῳ μὲν ὁ δαίμων μοίρας τὰς δ' ἔλαχε, δι' ἀλαθεσάταν δόξαν ἄγεται ἐπὶ τὸν εὐδαιμονέσατον βίον· εἰ δέ κά τις σκλαρὸς καὶ ἀπειθὴς, τούτῳ δ' ἐπέσθω κόλασις, ἅ τ' ἐκ τῶν νόμων

* γρ. ψευδέας δόξας.

νόμων καὶ ἃ ἐκ τῶν λόγων σύντονα ἐπάγοισα δείματά τε ἐπωράνια καὶ τὰ καθ' ἅδεω, ὅτι κολάσιες ἀπαραίτητοι ἀπόκεινται δυσδαίμοσι νερτέροις· καὶ τἄλλα ὅσα ἐπαινέω τὸν Ἰωνικὸν ποιητὰν, ἐκ παλαιᾶς ποιεῦντα τὼς ἐναγέας. ὡς γὰρ τὰ σώματα νοσώδεσι πόκα ὑγιάζομες, εἴκα μὴ εἴκῃ τοῖς ὑγιεινοτάτοις· οὕτω τὰς ψυχὰς ἀπείργομες ψευδέσι λόγοις, εἴ κα μὴ ἄγηται ἀλαθέσι. λέγοιντο δ' ἀναγκαίως καὶ τιμωρίαι ξέναι, ὡς μετενδυομέναν τᾶν ψυχᾶν, τῶν μὲν δειλῶν, ἐς γυναικέα σκάνεα, ποθ' ὕβριν ἐκδιδόμενα· τῶν δὲ μιαιφόνων, ἐς θηρίων σώματα, ποτὶ κόλασιν· λαγνῶν δ', ἐς συῶν ἢ κάπρων μορφάς· κούφων δὲ καὶ μετεώρων, ἐς πτηνῶν ἀεροπόρων· ἀργῶν δὲ καὶ ἀπράκτων, ἀμαθῶν τε καὶ ἀνοήτων, ἐς τὰν τῶν ἐνύδρων ἰδέαν. ἅπαντα δὲ ταῦτα ἐν δευτέρᾳ περιόδῳ ἁ Νέμεσις συνδιέκρινε, σὺν δαίμοσι παλαμναίοις χθονίοις τε, τοῖς ἐπόπταις τῶν ἀνθρωπίνων· οἷς ὁ πάντων ἀγεμὼν θεὸς ἐπέτρεψε διοίκησιν κόσμω, συμπεπληρωμένω ἐκ θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων· τῶν τε ἄλλων ζώων, ὅσα δεδαμιούργηται ποτ' εἰκόνα τὰν ἀρίσαν εἰδέος * ἀγεννάτω καὶ αἰωνίω.

legibus tum ex illorum ſermonum vocibus quæ & cœleſtes & infernas pœnas denuntiant: Infelices videlicet manes implacabilia ſupplicia manere: & alia quæ Ionicus poëta ſcripſit ex vetere memoria repetita, ex quorum auditu animos hominum voluit ad religionem puritatémque informare. quo ſanè nomine illius conſilium probo. quemadmodum enim corpora remediis quibuſdam morboſis ſanamus, niſi cedant ſaluberrimis, ita & animos falſis ſermonibus coërcemus, niſi ducantur veris. Hac igitur de cauſa hoc concedatur, quòd neceſſariò commemorentur peregrina ſupplicia, quaſi animæ commigrent ultrò citróque in varia corpora: ignavorum quidem, in corpora muliebria, corporibus tributis ad ignominiam: homicidarum, in ferarum corpora, ad pœnam & ſupplicium: libidinoſorum, in ſuum vel aprorum formas: levium & temerariorum hominum, in ſpecies volantium animantium, quæ in aëre ſolent verſari; ſegnium denique, otioſorum, imperitorum, ſtolidorum, in aquatilium ſpeciem. Omnia autem hæc in ſecundo circuitu Nemeſis certo judicio rata fixáque eſſe voluit, cum infernarum illarum furiarum numinibus: quibus humanarum rerum inſpectionem ſummus ille Deus, omnium imperator atque præſes, attribuit: quibus commiſit. qui quidem mundus animantibus conſtat, abſolutâ planè omnibúſque numeris cumulatâ ratione. Et hæc quidem omnia ad optimam illam ingenitæ, æternæ, intelligibilis formæ imaginem fuerunt creata.

etiam gubernationem mundi & diis & hominibus & cæteris

ΤΕΛΟΣ.

FINIS. ΘΕΟ-

* χρ. αἰωνίω καὶ νοητῷ.

ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ

Η ΘΙΚΟΙ

ΧΑΡΑΚΤΗΡΕΣ.

THEOPHRASTI

NOTATIONES

MORUM.

Variantes has Lectiones, quâ potuit brevitate adjecit Th: G.

Ex { *Cam.* / *Caſ.* / *Opor.* / *Oxon.* / *Step.* / *Sylb.* } i. e. { *Camotianâ* / *Caſaubonianâ* / *Oporinianâ* / *Oxonienſi* / *Stephanicâ* / *Sylburgianâ* } hujus libri *Editione.*

Stob. *Stobæo*, Aurel. Al. M. DCIX.
M. S. Codice MSo. Bib. *Trin. Coll. Cant.*
Con. Conjecturâ propriâ.

Vale.

THEOPHRASTI CHARACTERES ETHICI, SIVE, MORUM DESCRIPTIONES.

ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ ΗΘΙΚΟΙ ΧΑΡΑΚΤΗΡΕΣ.

ISAACO CASAUBONO *Interprete.*

CAP. I.

ΚΕΦ. α'.

SÆpè equidem jam antè, quum hâc de re attentiùs cogitare cœpissem, miratus sum, sed nec mirari fortasse desinam, quid causæ sit, cur, quum Græcia omnis eidem cœlo subjecta sit; quum etiam Græci omnes eodem modo instituantur, non omnes tamen iisdem moribus utamur. Ego siquidem, mi Polycles, quum à multo tempore hominum naturas essem contemplatus, (quippe qui annos nonaginta novem jam vixerim: & cum multis, atque omnis generis naturæque hominibus sim versatus) quum inquam diligentiâ magnâ & probos simul & improbos homines considerâssem, atque inter se comparâssem, faciendum duxi, ut quæ sit vitæ degendæ utrorumque ratio, hoc scripto complecterer. Exponam autem tibi generatim,

Ἤδη μὲν καὶ πρότερον πολλάκις ἐπισήσας τὴν διάνοιαν, ἐθαύμασα, ἴσως δὲ οὐδὲ παύσομαι θαυμάζων, [1] τί δήποτε τῆς Ἑλλάδος ὑπὸ τὸν αὐτὸν ἀέρα κειμένης, καὶ πάντων τῶν Ἑλλήνων ὁμοίως παιδευομένων, συμβέβηκεν ἡμῖν οὐ τὴν αὐτὴν τάξιν τῶν τρόπων ἔχειν. ἐγὼ γὰρ, ὦ Πολύκλεις, συνθεωρήσας ἐκ [2] πολλοῦ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν, [3] ἅτε βεβιωκὼς ἔτη [4] ἐννενήκοντα ἐννέα, ἔτι δὲ ὡμιληκὼς πολλαῖς τε καὶ παντοδαπαῖς φύσεσι, καὶ παρατεθεαμένος ἐξ ἀκριβείας πολλῆς τούς τε ἀγαθοὺς τῶν ἀνθρώπων καὶ τοὺς φαύλους· ὑπέλαβον δεῖν συγγράψαι ἃ ἑκάτεροι αὐτῶν ἐπιτηδεύουσιν ἐν τῷ βίῳ. ἐκθήσω δέ σοι κατὰ γένος

1 *Steph. Sylb.* & MS. L. Τί γδ δήποτε. —

2 *Cam.* & MS. addit χρόνε; elegantior est ellipsis.

3 MS. & Sylb. pro ἅτε, leg. καὶ.

4 MS. cum omnibus consentit in numero ϟϑ', id est, 99. Annos autem vixisse *Theophrastum* πέντε κ) ὀγδοήκοντα ait *Laertius* MS. in Bibl. Trin. Coll. Cant. Vide hîc *Casaub.* & *Menagium* ad *Laërtii Theophrastum.*

νος ὅσα τε τυγχάνει γένη τρόπων τούτοις [5] προσκείμενα, καὶ ὃν τρόπον τῇ οἰκονομίᾳ χρῶνται. ὑπολαμβάνω γὰρ, ὦ Πολύκλεις, τοὺς [6] υἱοὺς ἡμῶν βελτίους ἔσεσθαι, καταλειφθέντων αὐτοῖς ὑπομνημάτων τοιούτων· οἷς παραδείγμασι χρώμενοι, αἱρήσονται τοῖς εὐσχημονεσάτοις συνεῖναί τε καὶ ὁμιλεῖν, ὅπως μὴ καταδεέστεροι ὦσιν αὐτῶν. τρέψομαι δὲ ἤδη ἐπὶ τὸν λόγον. σὸν δὲ, παρακολουθῆσαί τε καὶ εἰδῆσαι εἰ ὀρθῶς λέγω. πρῶτον μὲν οὖν ποιήσομαι τὸν λόγον ἀπὸ τῶν τὴν εἰρωνείαν ἐζηλωκότων, ἀφεὶς τὸ προοιμιάζεσθαι, καὶ πολλὰ περὶ τοῦ πράγματος λέγειν. καὶ ἄρξομαι πρῶτον ἀπὸ τῆς εἰρωνείας, καὶ ὁριοῦμαι αὐτήν· εἶθ' οὕτως τὸν εἴρωνα διέξειμι, ποῖός τις ἐστὶ, καὶ εἰς τίνα τρόπον κατενήνεκται. καὶ τὰ ἄλλα δὴ τῶν παθημάτων, ὥσπερ [7] ὑπεθέμην, πειράσομαι κατὰ γένος φανερὰ καταξῆσαι. [8]

cùm omnes morum ſpecies quibus illi ſunt præditi, tum quis ſit illorum vitæ cotidianæ modus. Liberos enim noſtros, mi Polycles, fore meliores exiſtimo, ſi monumenta ipſis hujuſcemodi reliquerimus, quæ ſibi pro exemplo proponentes, optimè moratos quoſque ſint electuri, quibuſcum verſentur & conſueſcant, ut in viros tandem nihilo illis deteriores evadant. Sed jam ad rem ipſam me accingam. Tuum erit, ad ea quæ dicam, animum advertere, & an rectè dicam pernoſcere. Igitur, miſſis præfationibus, & iis quæ multa poterant de re afferri, initium dicendi faciam ab illis qui cavillationem amplexi ſunt, vitiúmque ipſum primò definiam: deinde cavillatorem hominem deſcribam qualis ſit, & qui ejus mores. Poſtea verò alias quoque animi affectiones generatim, ut antè diximus, explicare conabimur.

Περὶ Εἰρωνείας. β'.

Ἡ μὲν οὖν εἰρωνεία [1] δόξειεν ἂν εἶναι, ὡς τύπῳ λαβεῖν,

De Cavillatione. 2.

Cavillatio igitur, ſi quis rudi definitione complecti

προσ-

5 Opor. Cam. MS. habent προσκείμενα.

6 Cam. & MS. τοὺς ὑμῶν; quâ formâ etiam Ariſtoteles utitur in Rhet. & Eth. Nicom.

7 Ὑφιθέμην Sylb. ὑπεθέμην, Cam. Opor. Caſ. ſed MS. ἐπεθέμην; quod eſt ἐπεχείρησα, ut apud Xenophontem

8 Poſt proœmium ſequitur in MS. capp. indiculus cum ſuis numeris; duo ultima ſunt περὶ φιλοπονηρίας, κθ. περὶ αἰσχροκερδίας, λ; quæ quidem duo itidem in ſuo MS. reperiebat Caſaub.

1 Iſta ſic concipit MS. δόξειεν ἄν, ὡς τύπῳ προειλαβεῖν, εἶναι προσπ.

2 ante

velit, est cùm factorum tum dictorum in deterius fictio. Homo autem cavillator talis est, qui ad inimicos suos adeat, quasi alloqui eos velit, non ampliùs odisse: quique illos quibus clàm struit insidias, præsentes laudet, & si victi fuerint, eorum vicem doleat. Si quis ipsi maledicat, ei ignoscit: jactáque in se convitia negligit; cum iis etiam, qui quòd injuriam ab ipso passi sint, quiritantur, blandè benignéque loquitur. Eos qui ipsum confestim conventum velint, jubebit redire iterum. Quicquid agit, clàm id habet, & se adhuc deliberare dicit. Idem se modò advenisse fingit: aut sub vesperam venisse, & è via languere. Pecuniam mutuò rogantibus, aut eranum ab ipso exigentibus; Nihil vendo, inquit: è contrario quum nihil vendet, tum vendere se affirmabit. Quum quid audiverit, videri volet animum non advertisse. Quum quid viderit, negabit vidisse. Pactus aliquid, negabit se meminisse. De aliis dicit se cogitaturum, alia nescire, mirari alia: de quibus-

προσποίησις ἐπὶ τὸ [2] χεῖρον πράξεων καὶ λόγων. ὁ δὲ εἴρων, τοιοῦτος [3] τίς ἐστιν, οἷος προσελθὼν τοῖς ἐχθροῖς [4] ἐθέλει λαλεῖν, οὐ μισεῖν· καὶ ἐπαινεῖν παρόντας, οἷς ἐπέθετο λάθρα, καὶ τούτοις συλλυπεῖσθαι ἡττωμένοις. καὶ συγγνώμην δὲ ἔχειν τοῖς κακῶς αὐτὸν λέγουσι· καὶ ἐπὶ τοῖς κἀφ' ἑαυτοῦ λεγομένοις, καὶ πρὸς τοὺς ἀδικουμένους καὶ ἀγανακτοῦντας πράως διαλέγεσθαι. καὶ τοῖς ἐντυγχάνειν κατὰ σπουδὴν βουλομένοις, προστάξαι ἐπανελθεῖν· καὶ μηδὲν ὧν πράττει, ὁμολογῆσαι, ἀλλὰ φῆσαι [5] βουλεύσεσθαι· καὶ προσποιήσασθαι ἄρτι παραγεγονέναι, καὶ ὀψὲ γενέσθαι αὐτὸν, καὶ μαλακισθῆναι· καὶ πρὸς τοὺς δανειζομένους καὶ ἐρανίζοντας, [6] ὡς οὐ πωλεῖ· καὶ μὴ πωλῶν, φήσει πωλεῖν. καὶ ἀκούσας τι, [7] δόξει μὴ [8] προσποιεῖσθαι. καὶ ἰδὼν, φήσει μὴ ἑωρακέναι. καὶ ὁμολογήσας, μὴ μεμνῆσθαι. καὶ τὰ μὲν [9] σκέψεσθαι [10] φάσκει, τὰ δὲ οὐκ εἰδέναι, τὰ δὲ θαυμάζειν, τὰ δὲ ἤδη

2 ante χεῖρον Sylb. & Stob. τὸ omittunt. ——

3 MS. & Stob. post τις non habent ὄζιν.

4 MS. Stob. Sylb. ἐθέλειν λαλεῖν.

5 MS. Sylb. Stob. βουλεύσασθαι.

6 post ἐρανίζοντας videtur aliquid deesse.

7 pro δόξει Opor. & MS. δείξει.

8 pro προσποιεῖσθαι Stob. in margine legit ἀντιποιεῖσθαι —— assequi.

9 Cam. Opor. Stob. habent ἐπισκέψεσθαι —— Sylb. & MS. σκέψασθαι. Menander (qui adhuc Constantinopoli extare dicitur) hoc à magistro suo habuit, ut alia,

Οἱ τὰς ὀσμὰς αἴροντες
Καὶ σκέψομαι, λέγοντες.

10 Φάσκειν, Stob. Cam. Opor.

11 pro

ἤδη ποτὲ καὶ αὐτὸς οὕτω διαλογίσασθαι. καὶ τὸ ὅλον, δεινὸς τῷ τοιούτῳ τρόπῳ τοῦ λόγου χρῆσθαι, Οὐ πιστεύω, Οὐχ ὑπολαμβάνω, Ἐκπλήττομαι. καὶ λέγει ἑαυτὸν ἕτερον γεγονέναι. καὶ μὴν, Οὐ ταῦτα πρὸς ἐμὲ διεξήει. παράδοξόν μοι τὸ πρᾶγμα, ἄλλῳ τινὶ λέγε. [11] ὅπως δὲ σοι ἀπιστήσω, ἢ ἐκείνου καταγνῶ, ἀποροῦμαι. ἀλλ' ὅρα μὴ σὺ θᾶττον πιστεύῃς [12] τοιαύτας φωνὰς καὶ πλοκὰς καὶ παλιλλογίας· οὗ χεῖρον ἐστὶν εὑρεῖν οὐδέν. τὰ δὴ τῶν ἠθῶν μὴ ἁπλᾶ, ἀλλ' ἐπίβουλα, φυλάττεσθαι μᾶλλον δεῖ ἢ τοὺς ἔχεις.

dam se quoque jam antè similiter cogitâsse. Denique frequens omnino in ejus ore hujusmodi est oratio. Non credo: Non puto: Obstupesco. Sese etiam alium fuisse dicet. Item, Atqui non hæc erat ipsius apud me oratio. Res mihi videtur mira, & fidem omnem superare: Quære alium cui ista narres: Tibíne credam, an illius damnem fidem, nescio. At tu cave sis vocibus istiusmodi, & involucris simulationum recantatis dictis credas: quâ re deterior nulla queat reperiri. Enimverò mores hujusmodi hominum, non simplicium sed insidiosorum, magis quàm viperas fugere debemus.

Περὶ [1] Κολακείας. γ'.

Τὴν δὲ κολακείαν ὑπολάβοι ἄν τις ὁμιλίαν αἰσχρὰν εἶναι, συμφέρουσαν δὲ τῷ κολακεύοντι. τὸν δὲ κόλακα τοιοῦτόν τινα, ὥστε [2] πορευόμενον ἅμα εἰπεῖν, Ἐνθυμῇ ὡς ἀποβλέπουσιν [3] εἰς σὲ οἱ ἄνθρωποι; τοῦτο οὐδενὶ γίνεται τῶν ἐν τῇ πόλει πλὴν ἢ σοί. ἠὐδοκίμεις χθὲς ἐν τῇ στοᾷ· πλειόνων γὰρ ἢ τριάκοντα ἀνθρώπων καθημένων, καὶ ἐμπεσόντος λόγου, τίς εἴη βέλτιστος,

De Adulatione. 3.

Adulationem verò putet aliquis esse turpem vitæ quotidianæ consuetudinem, sed quæ adulatori conducat. Adulator autem is est, qui si cum aliquo ambulet, ei dicat, Viden' ut omnes in te oculos convertunt? Fit hoc nemini ex omnibus civibus præterquam tibi. Heri in porticu magnum bonæ existimationis tuæ fructum capiebas. Nam quum homines ibi plus quàm triginta sederent, sermóque incidisset, Ecquis ci-

ἀπ'

11 pro ὅπως Stob. legit ἔπως.

12 MS. transponit, sic, τοιαύτας πλοκὰς ἢ φωνάς.

1 περὶ κολακείας scripsit integrum librum Theophrastus, cujus meminit Athen. 6. lib.

2 Stob. Opor. Cam. MS. ἅμα πορευόμενον.

3 MS. εἰς σε οἱ ἄνθρωποι.

vium esset optimus? & orsos ab ipso, & in ejusdem nomen simul omnes recidisse. Hæc ille loquitur, aliáque his similia. Idem ex illius vestimentis cui assentatur, floccos solet eximere. Quòd si qua vel palea vel festuca à vento acta illius capillamento adhæserit, tollit adulator; & simul renidens; En, inquit, quia biduo hoc ego te non vidi, ut canitie barba tibi est referta: atqui tu sanè, qui id ætatis homo sis, habes, ut si quis alius, capillos nigros. Jam si aliquid dicat ille, hìc verò adulator silentium omnibus imperare, in os laudare, dicenti voce gestúque applaudere. & ubi finem dicendi fecerit, Dictum bene! acclamare. Quòd si quem ille sale aliquo perstrinxerit, eundem iste acerbè irridebit, vestémque in os sibi indet, quasi risum tenere non queat. In viâ si qui fiant obvii, sistere gradum jubet, donec Ille transierit. Mala etiam & pyra à se empta domum liberis Illius afferre, & spectante ipso dare moris habet: atque adeò ipsos osculatus, Probi patris pullitiem! ait, exclamans. Crepidas ementi si comes affuerit, pedem dicet ipso calceo esse concinniorem. Adeunte illo ad amicorum aliquem, cursu

ἀπ' αὐτοῦ ἀρξαμένους πάντας, ἐπὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ κατενεχθῆναι· καὶ ἄλλα τοιαῦτα λέγειν. ἀπὸ τοῦ ἱματίου ἀφελεῖν κροκίδα. καὶ ἐάν τι πρὸς τὸ τρίχωμα τῆς [4] κεφαλῆς ἀπὸ πνεύματος [5] προσενεχθῇ ἄχυρον καρφολογῆσαι. καὶ ἐπιγελάσας δὲ εἰπεῖν, [6] ὁρᾷς; ὅτι δυοῖν σοι ἡμερῶν οὐκ ἐντετύχηκα, πολιῶν ἔσχηκας τὸν πώγωνα μεῖζον. καίπερ, εἴτις καὶ ἄλλος, ἔχεις πρὸς τὰ ἔτη μέλαιναν τὴν τρίχα. καὶ λέγοντος δὲ αὐτοῦ τι, τοὺς ἄλλους σιωπᾷν κελεῦσαι, καὶ ἐπαινέσαι δὲ ἅπαντος. καὶ ἐπισημήνασθαι δὲ, εἰ παύσεται, Ὀρθῶς. καὶ σκώψαντι [7] πικρῶς ἐπιγελάσαι, τό τε ἱμάτιον ὧσαι εἰς τὸ στόμα, ὡς δὴ οὐ δυνάμενος κατασχεῖν τὸν γέλωτα. καὶ τοὺς ἀπαντῶντας ἐπισχεῖν [8] μικρὸν κελεῦσαι, ἕως ἂν Αὐτὸς παρέλθῃ. καὶ τοῖς παιδίοις μῆλα καὶ [9] ἀπίους πριάμενος, εἰσενέγκας δοῦναι, ὁρῶντος αὐτοῦ· καὶ φιλήσας δὲ εἰπεῖν, χρηστοῦ πατρὸς νεόττια! καὶ συνωνούμενος δὲ [10] κρηπῖδας, τὸν πόδα φῆσαι εἶναι εὐρυθμότερον τοῦ ὑποδήματος. καὶ πορευομένου πρός τινα τῶν

4 Κεφαλῆς, ἄχυρον προσαφθῇ, (MS. προσενέχθη) ἀπὸ τῆ πνεύματος, Sylb. Stob. & MS.

5 γρ. προσαχθῇ.

6 MS. legit & distinguit sic, ὁρᾷς ἔτη δ. σ. ἡ. ὁ. ἐντέτυχα; καλ.

7 ψυχρῶς.

8 MS. Stob. Sylb. μικρὸν non habent.

9 MS. ἅπας. forte ἄπια.

10 MS. legit δὴ κρηπῖδας, eo sensu, quo cap. 6. πρὸς τὰς τραπέζας, & cap. 24. δὴ τὰς κλίνας.

11 προ-

τῶν φίλων, προδραμὼν εἰπεῖν, ὅτι πρός σε ἔρχεται· καὶ ἀναστρέψας, ὅτι [11] προσήγγελκα. ἀμέλει δὲ καὶ τὰ ἐκ γυναικείας ἀγορᾶς διακονῆσαι δυνατὸς ἄπνευστί. καὶ τῶν ἑστιωμένων, πρῶτος ἐπαινέσαι τὸν οἶνον· καὶ * παραμένων εἰπεῖν, [12] ὡς μαλακῶς ἐσθίεις! καὶ ἄρας τὶ τῶν ἀπὸ τῆς τραπέζης, φῆσαι, τουτὶ ἄρα ὡς χρηστόν ἐστι! καὶ ἐρωτῆσαι μὴ ῥιγοῖ, καὶ εἰ ἐπιβαλέσθαι βούλεται καὶ ἔτι περιστεῖλαι αὐτόν. καὶ μὴν ταῦτα λέγων, [13] πρὸς τὸ οὖς προσπίπτων, ψιθυρίζειν· καὶ εἰς ἐκεῖνον ἀποβλέπων, τοῖς ἄλλοις λαλεῖν. καὶ τοῦ παιδὸς ἐν τῷ θεάτρῳ ἀφελόμενος τὰ προσκεφάλαια, αὐτὸς ὑποστρῶσαι. καὶ τὴν οἰκίαν φῆσαι εὖ ἠρχιτεκτονῆσθαι, καὶ τὸν ἀγρὸν εὖ πεφυτεῦσθαι. καὶ τὴν εἰκόνα ὁμοίαν εἶναι. καὶ τὸ κεφάλαιον, τὸν κόλακά ἐστι θεάσασθαι πάντα καὶ λέγοντα καὶ πράττοντα οἷς χαριεῖσθαι ὑπολαμβάνει.

præire assentator, & huic quidem, Venit ille, inquit, ad te: statímque reversus, Ego, ait, de tuo adventu præmonui. Sanè etiam quæcunque ad muliebre forum pertinent, didicit iste omnia sedulò & diligenter ministrare: necnon ex omnibus convivis vinum primus laudare: & illi assiduè assistens, dicere, Ut tu molliter comedis! & de iis quæ mensæ sunt apposita, aliquid attollens, Hoc verò, ait, quàm bonum est! Quærere etiam amat, nunquid ille frigeat, nunquid tegi adhuc & ampliùs amiciri velit: & quidem hæc dicens, ad aurem hominis se inclinat, eíque aliquid insusurrat: in eundem etiam dum alios alloquitur, oculos defixos habet. Pulvinos in theatro puero ademptos, ipse substernit. Domum ait benè & ingeniosè fuisse dimensam & ædificatam: agrum diligenter consitum: imaginem per esse similem. In summâ, assentatorem semper videas, & facere omnia, & dicere quæ audientibus putat fore grata.

Περὶ Ἀδολεσχίας. δ'.

Ἡ Δὲ ἀδολεσχία, ἐστὶ μὲν διήγησις λόγων μακρῶν καὶ ἀπροβουλεύτων. [1] ὁ δὲ ἀδολέσχης τοιοῦτός ἐστιν, οἷος ὃν μὴ

De Garrulitate. 4.

GArrulitas est longorum & inconsideratorum sermonum effutitio. Garrulus autem ejusmodi est, qui vel apud

γινώ-

11 προσήγγελκα ferri potest.
* γρ. παρακειμένων.
12 ὡς οὐ μαλακῶς. Steph. Opor. & Stob.

13 Stob. εἰς τὸ οὖς. minùs rectè. ita tamen Opor. & Cam.
1 ὁ δὲ ἀδόλεσχος, MS. & Arist. Nicom. l. 3. c. 10.

2 τούτῳ,

ignotum juxtim ei assidens, uxoris suæ laudes prædicare instituat: deinde quod præcedenti nocte somniaverit, id narret: tum quæcunque in cœnâ sibi fuerint appositа, omnia sigillatim recenseat. Mox verò ubi incaluerit, homines hujus seculi dicet esse antiquis deteriores: frumenta in foro vili vænisse pretio: peregrinos esse in urbe quàm plurimos: mare statim à Dionysiis patere navibus: & si Jupiter pluerit, eorum quæ terrâ conduntur meliorem fore proventum: séque agrum suum in sequentem annum esse culturum: ait etiam vivendi rationes esse perdifficiles: &, quum Mysteria agitarentur, Damippum facem omnium maximam statuisse. Quærit etiam, quot sint Odei columnæ: &, Heri, ait, vomui: &, Quotus hic est mensis dies? Quòd si quis patientem se præbeat, nunquam ille ab eo discedat. Narrabit Mysteria mense Boëdromione, Apaturia Pyanepsione, Posideone verò quæ ruri agitantur Dionysia, solita celebrari. Id genus homines demissis manibus, grandíque gradu fugiat oportet, quisquis febre carere volet. Difficile enim est cum iis durare, qui neque otii neque negotii tempora distinguere nôrunt.

γινώσκει, τούτῳ παρακαθεζόμενος πλησίον, πρῶτον μὲν τῆς ἑαυτοῦ γυναικὸς εἰπεῖν ἐγκώμιον· εἶτα ὁ τῆς νυκτὸς εἶδεν ἐνύπνιον, [2] τοῦτο διηγήσασθαι· εἶθ' ὧν εἶχεν ἐπὶ τῷ δείπνῳ τὰ καθέκαστα διεξελθεῖν. εἶτα δὴ προχωροῦντος τοῦ πράγματος, λέγειν ὡς πολὺ πονηρότεροί εἰσιν οἱ νῦν ἄνθρωποι τῶν ἀρχαίων· καὶ ὡς ἄξιοι γεγόνασιν οἱ πυροὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ. καὶ ὡς πολλοὶ ἐπιδημοῦσι ξένοι. καὶ τὴν θάλατταν ἐκ Διονυσίων πλώϊμον εἶναι. καὶ, εἰ ποιήσειεν ὁ Ζεὺς ὕδωρ, τὰ ἐν τῇ γῇ βελτίω ἔσεσθαι. καὶ, ὅτι [3] ἀγρὸν εἰς νέωτα γεωργήσει. καὶ, ὡς χαλεπόν ἐστι τὸ ζῆν· καὶ, ὡς Δάμιππος μυσηρίοις μεγίστην δᾷδα [4] ἔσησε. καὶ, Πόσοι εἰσὶ κίονες τοῦ Ὠδείου, καὶ, Χθὲς ἤμεσα. καὶ, Τίς ἐστιν ἡμέρα σήμερον; κἂν ὑπομένῃ τὶς αὐτὸν, μὴ ἀφίσασθαι. καὶ, ὡς Βοηδρομιῶνος μέν ἐστι τὰ μυστήρια, Πυανεψιῶνος δὲ Ἀπατούρια, Ποσειδεῶνος δὲ [5] τὰ κατ' ἀγροὺς Διονύσια. [6] παρασείσαντα δὲ χρὴ τοὺς τοιούτους τῶν ἀνθρώπων, καὶ διαράμενον ἀπαλλάττεσθαι, ὅστις [7] ἀπύρετος βούλεται εἶναι. ἔργον γὰρ συναρκεῖσθαι τοῖς μήτε σχολὴν, μήτε σπουδὴν διαγινώσκουσιν.

Περὶ

2 τέτῳ, MS.
3 Sylb. Stob. & MS. ὁ ἀγρός.
4 MS. ἔσηξε. f. ἐσῆψε.
5 τὰ non agnoscunt MS. Stob. Sylb.
6 παρασείσαντα δὲ χρὴ, MS. παρασείσαντα δεῖ δή.
7 ἀπύρεκτος Cam. & MS.

1 MS.

Περὶ Ἀγροικίας. ε'.

Ἡ δὲ ἀγροικία δόξειεν ἂν εἶναι ἀμαθία ἀσχήμων· ὁ δὲ ἄγροικος, τοιοῦτός τις οἷος κυκεῶνα πιὼν εἰς ἐκκλησίαν [1] πορεύεται. καὶ τὸ μύρον φάσκειν οὐδὲν τοῦ θύμου ἥδιον ὄζειν. καὶ μείζω τοῦ ποδὸς τὰ ὑποδήματα φορεῖν. καὶ μεγάλῃ τῇ φωνῇ λαλεῖν. καὶ τοῖς μὲν φίλοις καὶ οἰκείοις ἀπιστεῖν, πρὸς δὲ τοὺς αὑτοῦ οἰκέτας ἀνακοινοῦσθαι περὶ τῶν μεγίστων. καὶ τοῖς παρ' αὐτῷ ἐργαζομένοις μισθωτοῖς ἐν ἀγρῷ, πάντα τὰ ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας διηγεῖσθαι. καὶ [2] ἀναβεβλημένος ἄνω τοῦ γόνατος, καθιζάνειν, ὥστε τὰ γυμνὰ αὐτοῦ [3] φαίνεσθαι. καὶ ἐπ' ἄλλῳ μὲν [4] μήτε θαυμάζειν, μήτε ἐκπλήττεσθαι ἐν ταῖς ὁδοῖς. ὅταν δὲ ἴδῃ βοῦν, ἢ ὄνον, ἢ τράγον, ἑστηκὼς θεωρεῖν. καὶ προαιρῶν δέ τι ἐκ τοῦ ταμείου, δεινῶς φαγεῖν, καὶ ζωρότερον πιεῖν· καὶ τὴν σιτοποιὸν πειρᾷν λαθεῖν. κᾆτ' ἀλέσας μετ' αὐτῆς τοῖς ἔνδον πᾶσι καὶ [5] αὐτῷ τὰ ἐπιτήδεια. καὶ ἀριστῶν δὲ ἅμα τοῖς ὑποζυγίοις [6] ἐμβαλεῖν τὸν χόρτον· καὶ κόψαντος τὴν θύραν ἐπακοῦσαι αὐτός. καὶ τὸν κύνα προσκαλεσάμενος, καὶ ἐπιλα-

De Rusticitate. 5.

Rusticitas verò honestatis & decori ignoratio videri queat. At rusticus is est, qui hausto pharmaco in concionem nihilominus prodeat: quíque unguentum non suavius fragrare thymo dicat. calceos gestat pede grandiores: voce etiam altâ loqui suevit. Amicis necessariisque suis parùm fidens, de rebus maximis ad famulos refert: quæcunque in concione audivit, omnia mercenariis suis, qui ruri apud ipsum opus faciunt, enuntiat. Sæpe etiam veste ita supra genu adductâ sedet, ut denudatæ corporis partes conspici queant. In viâ aliorum quidem nihil admiratur, neque ullâ re percellitur: sed si bovem, asinum, aut hircum viderit, ibi homo gradum sistere, & contemplari. Quúmque aliquid è promptuariâ cellâ depromit, decerptum inde frustum vorat: & vinum meracius potat: diligenter interim ne hoc ancilla panifica resciscat, cavens. Deinde verò cum illâ molere, & quæ sunt ad victum necessaria, tum sibi tum universæ familiæ parare solet. Inter prandendum jumentis pabulum objicit: & si quis fores pulset, ipse auscul-

1 MS. Stob. Sylb. πορεύεσθαι.
2 ἀναβεβλημένου ἄνω τοῦ γόνατος.
3 γρ. ὑποφαίνεσθαι.
4 MS. & Cam. μηδενὶ pro μήτε.
5 αὐτὰ τὰ ἐπιτήδεια.
6 variant Codd. Cam. περιβαλεῖν τὴν θύραν. MS. ἐμβαλεῖν. fortè olim, τὸ πύρνον, cujus glossa in margine erat χόρτος. vid. Hesych.

7 τοὺς

tat. Vocato etiam cane, & ejus rostro manu prehenso, Hic, inquit, & agrum & domum, quique in eâ sunt omnes custodit. Argentum quod ab aliquo acceperit, quasi tenue aut nimis asperum solet rejicere, & ut alio id sibi mutetur postulare. Aratrum si cui fortè utendum dederit, aut cophinum, aut falcem, aut saccum, nocte intempestâ illa *repetet*, si per insomnium fuerit eorum recordatus. In urbem cùm venit, obvium quemque interrogans: Quanti, ait, pelles & salsamenta vænibant? &, Nunquid hodie ludi novam lunam adducunt? Dicit etiam, se simul ac descenderit, tondére velle. Idem cantare in balneo, & clavis calceos suffigere, &, quia eadem via erat, ab Archia salsamenta accipere, ac portare ipse, moris habet.

De Blanditiâ. 6.

BLanditia, si quis eam definire velit, est congressio parùm honestas voluptatis illecebras habens. Blandus verò is

πιλαβόμενος τοῦ ῥύγχους, εἰπεῖν, οὗτος φυλάσσει τὸ χωρίον, καὶ τὴν οἰκίαν, καὶ [7] τοὺς ἔνδον. [8] καὶ τὸ ἀργύριον δὲ παρά [9] του λαβὼν [10] ὑποδοκιμάζειν, λίαν μὲν [11] λυπρὸν εἶναι, καὶ ἕτερον ἅμα ἀλλάττεσθαι. [12] καὶ ὃ ἄροτρον [13] ἔχρησεν, ἢ κόφινον, ἢ δρέπανον, ἢ θύλακον, ταῦτα τῆς νυκτὸς κατὰ ἀγρυπνίαν ἀναμιμνησκόμενος. καὶ εἰς ἄστυ [14] καταβαίνων, ἐρωτῆσαι τὸν ἀπαντῶντα πόσου ἦσαν αἱ διφθέραι καὶ τὸ τάριχος. καὶ εἰ σήμερον ὁ ἀγὼν νουμηνίαν ἄγει. καὶ εἰπεῖν εὐθὺς, ὅτι βούλεται καταβὰς ἀποκείρασθαι. καὶ ἐν βαλανείῳ δὲ ᾆσαι· καὶ εἰς τὰ ὑποδήματα δὲ ἥλους ἐγκροῦσαι. καὶ τῆς αὐτῆς ὁδοῦ παριὼν κομίσασθαι [15] παρ' Ἀρχίου [16] τοὺς ταρίχους.

Περὶ Ἀρεσκείας. ϛ'.

Ἡ Δὲ ἀρέσκεια, ἔστι μὲν, ὡς ὅρῳ [1] περιλαβεῖν, ἔντευξις οὐκ ἐπὶ τῷ βελτίστῳ ἡδονῆς παρασκευαστική· ὁ δὲ ἄρεσκος, ἀμέλει

7 τοὺς ἔνδον, non sunt in MS. nec Cam.

8 istud καὶ non habet Stob.

9 MS. τούτου.

10 MS. & Stob. ἀποδοκιμάζων.

11 λυπηρὸν. MS. & Stob.

12 Stob. καὶ ᾧ.

13 MS. ἔχρησεν, rectiùs quàm ἔχρησεν — ἀπαιτεῖν deest omnibus, ut videtur.

14 ἄστυ cùm sit ἀκρόπολις, rectiùs ἀναβαίνων. ei opponitur Peiræus, unde Plato, κατέβην εἰς πειραιᾶ.

15 παρὰ βραχίονος. utrunque habet Stob. sanè Callimachus sic locutus est.

Καί ῥα παρὰ σκαιοῖο βραχίονος ἔμπλεον ὄλπιο.

16 τοὺς ταρίχου, dixit modò τὸ τάριχος. hoc est Atticorum, illud Dorum & Jonum. f. τοῦ ταρίχους, ut tomum seu partem significet.

1 γρ. εἰπεῖν.

μέλει τοιοῦτός τις, οἷος πόρρωθεν προσαγορεύσας, καὶ ἄνδρα κράτιστον εἰπὼν, καὶ θαυμάσας ἱκανῶς, ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ μὴ ἀφιέναι· καὶ μικρὸν προπέμψας, καὶ ἐρωτήσας πότε αὐτὸν ὄψεται, ἔτι ἐπαινῶν ἀπαλλάττεσθαι. καὶ παρακληθεὶς δὲ πρὸς δίαιταν, μὴ μόνον ᾧ πάρεστι βούλεσθαι ἀρέσκειν, ἀλλὰ καὶ τῷ ἀντιδίκῳ, ἵνα κοινὸς εἶναι δοκῇ. καὶ τοὺς ξένους δὲ εἰπεῖν ὡς δικαιότερα λέγουσι τῶν πολιτῶν. καὶ κεκλημένος δὲ ἐπὶ δεῖπνον, κελεῦσαι καλέσαι τὰ παιδία τὸν ἐσιῶντα· καὶ εἰσιόντα, φῆσαι [2] σύκῳ ὁμοιότερα εἶναι τῷ πατρί· καὶ [3] προσαγαγόμενος, φιλῆσαι, καὶ παρ' αὐτὸν καθίσαι· καὶ τοῖς μὲν συμπαίζειν αὐτὸς, λέγων, ἀσκὸς, πέλεκυς· τὰ δὲ ἐπὶ τῆς γαστρὸς ἐᾶν καθεύδειν, ἅμα βλιβόμενος. καὶ πλειστάκις δὲ ἀποκείρασθαι, [4] καὶ τοὺς ὀδόντας λευκοὺς ἔχειν. καὶ τὰ ἱμάτια δὲ χρησὰ μεταβάλλεσθαι, καὶ χρίσματι ἀλείφεσθαι. καὶ τῆς μὲν ἀγορᾶς πρὸς τὰς τραπέζας προσφοιτᾷν. [5] τῶν δὲ γυμνασίων ἐν τούτοις διατρίβειν, οὗ ἂν ἔφηβοι [6] γυμνάζωνται. τοῦ δὲ θεάτρου καθῆσθαι, ὅταν ᾖ θέα, πλησίον τῶν στρατηγῶν· καὶ ἀγορά-

est, qui è longinquiore ſpatio aliquem ſalutare, & virum appellare præſtantiſſimum, fortunámque ejus admirari ſoleat, & utraque manu prehendens non dimittat: ſed aliquantiſper comitatus, quærens quando ſit illum viſurus, vix tandem domum revertatur, ejus interim laudes prædicans. Idem captus arbiter, non ei tantùm cui adeſt, ſed adverſæ etiam parti ut communis utriuſque amicus habeatur, gratificari ſtudebit. Peregrinos juſtiora quàm civeis loqui dicet. Ad cœnam invitatus, convivii dominum ut liberos ſuos vocet, rogabit: atque illis ingredientibus, negabit ficum ficui tam eſſe ſimilem, quàm illi ſint patri: deinde eos ad ſe vocabit: oſculatúſque, ſibi aſſidere jubebit: & cum aliis jocans, En utrem, inquiet, En ſecurim: alios in ſinum recumbere dormientes, quamvis onere gravetur, ſinet. Comam ſæpiùs ſolet tondere: dentes nitidos habere: veſtes quæ uſui adhuc eſſe poſſint, mutare: unguento uti. Ac fori quidem in eam maximè partem ventitat, ubi ſunt argentariorum menſæ: gymnaſia verò illa frequentat, in quibus ſe ephébi exercent: in theatro autem & ſpectaculis juxta ipſos prætores ſedet. Idem in foro

γορά-

2 pro σύκῳ omnes σύκα legunt. Lege, ἢ σύκον σύκῳ ὁμοιό.

3 Ita MS. & Sylb. ——

4 ἢ τοὺς ὀδ. λ &c. ad ἢ χρίσμα, malè omittit Cam.

5 τῶν δὲ γυμν. ad τῶ δὲ θεάτ. omittit Cam.

6 Stob. & MS. γυμάζονται.

7 αὐτὸν

sibi quidem nihil; sed amicis qui Byzantii sunt, mittenda munera emtitat: necnon Laconicas canes, quas Cyzicum: & mel Hymettium quod Rhodum mittat: atque hæc se facere suis civibus narrat. Præterea solet idem simiam domi alere, satyrum emere, & columbas Siculas, necnon dorcadios talos, & Thyriacas ampullas ex illis quæ formâ sunt rotundâ: item baculos sive scipiones ex obliquis Lacedæmone advectos, necnon aulæum cui sint Persæ intexti. Habet etiam idem parvulum atrium pulvere palæstrico respersum, & sphæristerium: atque has ædium suarum partes solet ille obvio cuique vel è philosophorum grege, vel sophistarum, vel eorum qui se armis, aut musico cantu exercent, commodare, ut ibi artis suæ periculum faciant: quod quidem dum illi faciunt, ipse de aliquo è spectatoribus alii dicit, Eccum tibi cujus est hæc palæstra.

ἀγοράζειν [7] αὐτῷ μὲν μηδέν, ξένοις δὲ εἰς Βυζάντιον [8] ἐπισάλματα. καὶ Λακωνικὰς κύνας εἰς Κύζικον. καὶ μέλι Ὑμήττιον, εἰς Ῥόδον. καὶ ταῦτα ποιῶν τοῖς ἐν τῇ πόλει διηγεῖσθαι. ἀμέλει δὲ καὶ πίθηκον θρέψαι δεινὸς, καὶ [9] τίτυρον κτήσασθαι, καὶ Σικελικὰς περιστερὰς, καὶ δορκαδείους ἀστραγάλους, καὶ [10] θυριακὰς τῶν στρογγύλων ληκύθους, καὶ βακτηρίας τῶν σκολιῶν ἐκ Λακεδαίμονος, καὶ αὐλαίαν ἔχουσαν Πέρσας ἐνυφασμένους, καὶ αὐλίδιον παλαιστρικὸν κόνιν ἔχον, καὶ σφαιριστήριον· καὶ τοῦτο περιῶν [11] χρῆν ἀεὶ τοῖς φιλοσόφοις, τοῖς σοφισταῖς, τοῖς ὁπλομάχοις. τοῖς ἁρμονικοῖς ἐπιδείκνυσθαι. καὶ αὐτὸς ἐν ταῖς ἐπιδείξεσιν ὕστερον εἰπεῖν, [12] ἐπὶ τῶν θεωμένων, πρὸς ἕτερον, ὅτι [13] τούτου ἐστὶν ἡ παλαίστρα.

De Væcordiâ, sive perditâ audaciâ. 7.

VÆcordia est per quam aliquis & facere quidvis &

Περὶ Ἀπονοίας. ζ.

Ἡ δὲ ἀπόνοια ἐστὶν ὑπομονὴ αἰσχρῶν [1] ἔργων καὶ λόγων,

7 αὐτὸν MS. & Stob.

8 Casaubonus mallet, ὑποσάλματα. quo sensu apud Aristot. & Suidam habes ὑποσολὰς, nescio quàm recte.

9 τίτυρον κλήσασθαι. in margine MS. πίθηκ. μικρὰν ἔχων ὀρὰν — χ. Theocr. id. 3.

10 Ita Steph. & Opor. θηριακὰς, Cam. & MS. sed θυριακὰς, Sylb. & Casaub. Lego Τυριακὰς, Tyrias. vid. Stephanum σεὶ πόλ. in Τύρ. — *Sidon vitri artifex*, inquit *Plin.* non procul inde Tyrus. Confirmat hanc lectionem Margo & interpres Stobæi. de forma τῆς ληκύθων vide F. Ursinum in append. ad Ciaccon. & notas Wouw. in Petronium.

11 deest Sylb. & MS. potest quidem aut hoc, aut ὅπου δείκνυσθαι abesse.

12 ὅτι τῆς θεωμ. εἰπεῖν, Stob.

13 per τούτου se ipsum innuit, δεικτικῶς.

1 Pro ἔργων καὶ λόγων, MS. habet. δικαιολόγων. forsit. ἔργων τε καὶ λεγ.

γων. ὁ δὲ ἀπονενοημένος τοιοῦτός τις, οἷος ὀμόσαι ταχὺ, κακῶς ἀκοῦσαι, καὶ λοιδορηθῆναι δυνάμενος. τῷ ἤθει ἀγοραῖός τις, καὶ ἀνασεσυρμένος, καὶ παντοποιός. ἀμέλει δυνατὸς καὶ ὀρχεῖσθαι νήφων τὸν κόρδακα, καὶ προσωπεῖον ἔχων ἐν κωμικῷ χορῷ, καὶ ἐν θαύμασι δὲ τοὺς χαλκοὺς ἐκλέγειν, καθ' ἕκαστον παριών. καὶ μάχεσθαι τοῖς τὸ σύμβολον φέρουσι, καὶ προῖκα θεωρεῖν ἀξιοῦσι. δεινὸς δὲ καὶ πανδοχεῦσαι, καὶ πορνοβοσκῆσαι, καὶ τελωνῆσαι, καὶ μηδεμίαν αἰσχρὰν ἐργασίαν ἀποδοκιμάσαι, ἀλλὰ κηρύττειν, μαγειρεύειν, κυβεύειν, τὴν μητέρα μὴ τρέφειν, ἀπάγεσθαι κλοπῆς, τὸ δεσμωτήριον πλείω χρόνον οἰκεῖν ἢ [2] τὴν αὑτοῦ οἰκίαν. καὶ [3] οὗτος δ' ἂν εἶναι δόξειε τῶν περιϊσταμένων τοὺς ὄχλους, καὶ προσκαλούντων μεγάλῃ τῇ φωνῇ καὶ παρεῤῥωγυίᾳ διαλεγομένων πρὸς αὐτοὺς [4] καὶ λοιδορουμένων· καὶ μεταξὺ οἱ μὲν προσίασιν, οἱ δὲ ἀπίασι πρὶν ἀκοῦσαι αὐτοῦ· ἀλλὰ τοῖς μὲν ἀρχὴν, τοῖς δὲ συλλαβὴν, τοῖς δὲ μέρος τοῦ πράγματος [5] λέγει. οὐκ ἄλλως θεωρεῖσθαι ἀξιῶν τὴν ἀπόνοιαν αὑτοῦ, ἢ ὅταν ᾖ πανήγυρις. ἱκανὸς δὲ καὶ δίκας

loqui contra honestatem susti-
net. Homo autem is est qu
jusjurandum facilè suscipiat
qui malè audire ac convitii
proscindi, súsque déque ha-
beat. Moribus est veteratori
calidi improbíque, & homini
spurci, ac quidvis audentis
Atque adeò non pudebit eum
saltare cordacem etiam so-
brium, & in comico chor
personatum: & quum præsti-
giæ spectantur, ad quémqu
spectantium adire & stipem
æream exigere: ac si quis tes
seram afferens, gratis spectar
postulet, cum eo rixabitur
Cauponam quoque exercere
leno ac portitor coactórque ess
solet: ac qui à nullo turpi ar-
tificio se abstineat, præco erit
coquus erit; aleator erit; matr
suæ alimenta denegabit: furt
etiam convictus obtorto coll
rapietur, atque in carcere diu
tiùs quàm in suis ædibus habi-
tabit. Est etiam iste ex iis qu
turbam circa se sistunt, & ob-
vios ad se vocant, quibuscum
voce magnâ & præfractâ lo-
quuntur, iísque maledicta in-
gerunt: atque illi intereà par-
tim accedunt, partim disce-
dunt, priusquam quid sibi ill
velit audierint: dum ille aliis
principium, aliis vix syllabam
aliis partem aliquam de re tot
refert: non aliter quàm in ce-
lebri hominum conventu pro-
fligatum ac perditum ingenium
suum spectari postulans. Liti-
bus etiam partim quæ ipsi in-
τὰς

2 τὴν αὐτοῦ, omnino.
3 καὶ τοῦτο δ'. rectiùs quàm οὗτος.
4 καὶ λοιδορουμένων καὶ διαλεγομένων πρὸς αὐτοὺς, Stob. & MS. ——
5 MS. λέγειν.

6 Gloss

tenduntur, partim quas ipse aliis intendit, solet esse implicitus: atque in aliis absentiam suam jurejurando interposito excusare: ad alias judicio se sistere, in sinu quidem scrinium, præ manibus verò forensium libellorum fasciculum habens. Quin etiam, quæ ejus est insignita impudentia, ducem se rabulis forensibus præbet: ac mox illis pecuniâ fœnori datâ, pro usurâ drachmæ cujusque ternos semiobolos in dies exigit: sæpe etiam popinas & macella ubi pisces ac salsamenta væneunt, pererrat: necnon quos è nundinatione suâ nummos conficit, solet eos in buccam condere. Sunt sanè istiusmodi homines admodum difficiles: quorum quidem os ad convitiandum facilè solvitur; atque id voce ita contentâ, ut eorum clamoribus & sonent.

τὰς μὲν φεύγειν, τὰς δὲ διώκειν, τὰς δὲ ἐξόμνυσθαι, ταῖς δὲ παρεῖναι· ἔχων [6] ἐχῖνον ἐν τῷ προκολπίῳ, καὶ ὁρμαθοὺς γραμματιδίων ἐν ταῖς χερσίν. οὐκ ἀποδοκιμάζων δὲ οὐδ' ἅμα πολλῶν ἀγοραίων [7] στρατηγεῖν, καὶ ἐυθὺς τούτοις δανείζειν, καὶ τῆς δραχμῆς τόκον τρία ἡμιωβόλια τῆς ἡμέρας πράττεσθαι, καὶ ἐφοδεύειν τὰ μαγειρεῖα, τὰ ἰχθυοπωλεῖα, τὰ ταριχοπωλεῖα, καὶ τοὺς τόκους ἀπὸ τοῦ ἐμπολήματος εἰς τὴν γνάθον ἐκλέγειν. ἐργώδεις δὲ εἰσὶ τὸ στόμα [8] εὔλυτον ἔχοντες πρὸς λοιδορίαν, καὶ φθεγγόμενοι μεγάλῃ τῇ φωνῇ, ὡς συνηχεῖν αὐτοῖς τὴν ἀγορὰν καὶ τὰ ἐργαστήρια.

forum, & omnes tabernæ per-

De Loquacitate. 8.

Περὶ Λαλιᾶς. ἡ.

LOquacitas autem, si quis eam definire velit, sermonis intemperantia esse videatur. Loquax verò is est, qui soleat ei quicum verba facit, dicere, quicquid ille narrare inceperit, Nihil dicis: se rem omnem probè tenere: illum, si operam sibi dare velit, intellecturum. Deinde respondentem in-

Ἡ δὲ λαλιὰ, εἴ τις αὐτὴν ὁρίζεσθαι βούλοιτο, εἶναι ἂν δόξειεν ἀκρασία τοῦ λόγου. ὁ δὲ λάλος, τοιοῦτός τις, οἷος τῷ ἐντυγχάνοντι εἰπεῖν ἂν ὁτιοῦν πρὸς αὐτὸν φθέγξηται, ὅτι οὐδὲν λέγει. καὶ ὅτι [1] αὐτὸς πάντα οἶδε, καὶ, ἂν ἀκούῃ αὐτοῦ, μαθήσεται. καὶ μεταξὺ δὲ [2] ἀποκρινο-

6 Glossa in margine MS. σκεῦος χαλκοῦν τῆς δικαστικῆς τραπέζης, ἐν ᾧ καὶ γραμματεῖα ἀπετίθεσαν. vid. quæ Aristoph. Vesp. ——

7 στρατηγῶν MS. participialiter.

8 Sophoc. apud Hesych. eodem sensu ponit —— ἄλυτον, ἀκατάπαυστον.

1 Stob. αὐδῆς.

2 γρ. ὑποκεινομένῳ.

κρινομένου, ὑποβάλλει, εἶπας, σὺ μὴ ἐπιλάθῃ ὃ μέλλεις λέγειν. καὶ, εὖγε ὅτι μὲ ὑπέμνησας· καὶ, τὸ λαλεῖν ὡς χρήσιμόν που· καὶ, ὃ παρέλιπον· καὶ, ταχύ γε συνῆκας τὸ πρᾶγμα. καὶ, πάλαι σε παρετήρουν εἰ ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐμοὶ κατενεχθήσῃ. καὶ ἑτέρας [3] ἀφορμὰς τοιαύτας πορίσασθαι, ὥστε μηδὲ ἀναπνεῦσαι τὸν ἐντυγχάνοντα. καὶ ὅταν γε τοὺς καθ' ἕνα ἀποκναίσῃ, δεινὸς καὶ ἐπὶ τοὺς ἀθρόους καὶ συνεσηκότας πορευθῆναι, καὶ φυγεῖν ποιῆσαι μεταξὺ χρηματίζοντας. καὶ εἰς τὰ διδασκαλεῖα δὲ καὶ εἰς τὰς παλαίστρας εἰσιὼν, κωλύειν τοὺς παῖδας προμανθάνειν τοσαῦτα, καὶ προσλαλεῖν τοῖς παιδοτρίβαις καὶ διδασκάλοις· καὶ τοὺς ἀπιέναι φάσκοντας δεινὸς προπέμψαι, καὶ [4] ἀποκαταξῆσαι εἰς τὴν οἰκίαν. καὶ πυθόμενος τὰς ἐκκλησίας [5] ἀπαγγέλλειν. προδιηγήσασθαι δὲ καὶ τὴν ἐπ' Ἀριστοφῶντος ποτὲ γενομένην τοῦ ῥήτορος μάχην, καὶ [6] τὴν τῶν Λακεδαιμονίων ἐπὶ Λυσάνδρου· καὶ ὡς ποτε λόγους αὐτὸς εἶπεν εὐδοκιμήσας ἐν τῷ δήμῳ. καὶ κατὰ τῶν πληθῶν γε ἅμα διηγούμενος κατηγορίαν παρεμβαλεῖν. ὥστε

terpellans, Tu, ait, ne obliviscaris eorum quæ dicturus eras: &, Factum benè quòd in memoriam revocâsti: &, Quàm juvat interdum sermones mutuos serere! &, Quod præterii: &, Celeriter tu quidem rem percepisti: &, Pridem exspectabam an eôdem mecum recideres: aliásque hujusmodi occasiones loquendi captans, ne respirare quidem eos sinit, quibuscum loquitur. Ac postquam singuli sunt ab eo ita enecti, tum ad eos accedere non veretur, qui plures unà coierunt, eósque de rebus seriis agentes, in fugam vertere. Sed & ludos ac palæstras ingressus, ut ne tantùm pueri addiscant solet efficere, verba intereà cum corporum exercitatoribus seu pædotribis, & ludimagistris funditans. Si quis discedere se velle dicat, comitari ille, & domum usque deducere ac prosequi. Si fortè, quid sit in concione actum, rescierit, id aliis posteà narrabit: tum de eo prælio quod prætore Aristophonte nobili illo oratore commissum est, longam narrationem contexet; item, de eâ pugnâ quæ à Lacedæmoniis duce Lysandro est pugnata: & si quid ipse unquam pro concione cum aliquâ suâ laude dixerit. Atque hæc narrans, simul in vulgus invehetur: idque tanto cum au-

τοὺς

3 ἀιχὰς in textu, ἀφορμὰς superscribit MS.

4 MS. φοςκαταξῆσαι in textu, ἀποκαταξῆσαι suprà.

5 Stob. ἀγγέλλειν.

6 Post πὼ deest τὴν. MS. Sylb. & Stob.

7 MS.

dientium tædio, ut eorum alius quæ ab ipso dicuntur, oblivioni statim mandet, alius dormitet, alius loquentem adhuc deserat, discedátque. Denique sive ad judicandum cum alio sedeat, judicare; sive ad spectandum, spectare; sive ad cibum sumendum, cibum sumere, consessorem impediet. Quippe, inquit, loquaci durum est tacere: linguam enim tanquam in udo habet: atque adeò præ quâvis hirundine garrulus videri malit, quàm tacere: adeò se irrideri fert patienter: idque vel à puerulis suis, qui somnum petituri jubeant ipsum aliquid sibi narrantem, verba facere: ut ita nobis, inquiunt, somnus obrepat.

Ἐν ἐυτυχίῃ φίλον ἐυρεῖν εὔπορον· ἐν δὲ δυσυχίῃ πάντων ἀπορώτατον.

Amici ſunt non quicunque agnati, ſed qui commodis tuis favent.

Φίλοι οὐ πάντες οἱ ξυγγενέες, ἀλλ' οἱ συμφωνέοντες περὶ τοῦ συμφέροντος.

Homines cùm ſimus, humanas calamitates non irridere, ſed deplorare convenit.

Ἄξιον ἀνθρώπους ὄντας ἐπ' ἀνθρώπων συμφοραῖς μὴ γελᾶν, ἀλλ' ὀλοφύρεσθαι.

Bona vix quærentibus, mala autem etiam non quærentibus obtingunt.

Διζημένοισι τ' ἀγαθὰ μόλις παραγίνεται, τὰ δὲ κακὰ καὶ μὴ διζημένοισι.

Homines queruli ad amicitiam ſunt inepti.

Οἱ φιλομεμφέες εἰς φιλίην οὐκ ἐυφυέες.

Mulier dicendi facultatem non exerceat; res enim periculoſa eſt.

Γυνὴ μὴ ἀσκείτω λόγον· δεινὸν γάρ.

Mulieris imperio parére, contumelia & ignavia extrema eſt.

Ὑπὸ γυναικὸς ἄρχεσθαι, ὕβρις καὶ ἀνανδρία ἐσχάτη.

Θείου νοῦ τὸ ἀεὶ διαλογίζεσθαι καλόν.

Animi divini est semper aliquid boni cogitare.

Ἢν πιστεύῃ τὶς, θεοὺς ἐπισκοπεύειν πάντα, οὔτε λάθρη οὔτε φανερῶς ἁμαρτήσεται.

Qui Deum cuncta inspicere crediderit, neque clanculum, neque apertè peccabit.

Μεγάλα βλάπτουσι τοὺς ἀξυνέτους οἱ ἐπαινέοντες.

Qui stultos laudant magnos eos damno afficiunt.

Βέλτερον ὑφ' ἑτέρου, ἢ ὑφ' ἑαυτοῦ ἐπαινέεσθαι.

Ab alio, quàm à se ipso laudari præstat.

Ἢν μὴ γνωρίζῃς τοὺς ἐπαίνους, κολακεύεσθαι ἡγέου.

Si laudes in te ipso non agnoveris, palpum tibi obtrudi existimes.

[6] Ὁ κόσμος σκηνὴ, ὁ βίος πάροδος· ἦλθες, ἴδες, ἀπῆλθες.

Mundus scena, vita transitus: venisti, vidisti, abiisti.

[7] Ὁ κόσμος ἀλλοίωσις· ὁ βίος ὑπόληψις.

Mundus mutatio, vita opinio.

Τέλος τῶν τοῦ Δημοκράτους γνωμῶν.

Finis Sententiarum Democratis.

6 Ὁ κόσμος σκηνὴ] Egregiè Plotinus Enn. 3. lib. 2. c. 15. cæterùm Πάροδος, vox è theatro & media scena petitta: estque primus chori ingressus in scenam, primusque ostentus, teste Polluce & Hephæstione.

7 Ὁ κόσμος ἀλλοίωσις] extat apud Marcum Antoninum Imp. lib. 4. cui & alibi passim in ore suum illud, πᾶν ὑπόληψις.

Περὶ

DE SECUNDO PHILOSTRATUS

In vitis Sophist. lib. I.

SEd nec Secundi Athenienſis nobis obliviſcendum, quem Epithyrum, ut fabri puerum appellabant.

Secundus ergò Sophiſta in ſentiendo copioſus, in animi ſenſis exprimendis parcus; cùm Herodem inſtituiſſet, in controverſiam cum ipſo jam alios docente incidit: unde Herodes ipſum cavillo perſtringens uſurpabat illud:

Et figulus figulo, fabro faber invidet alter.

Sed mortuo & orationem dixit, & lacrymas addidit; quamvis ſenex admodùm obiiſſet. Et multa quidem alia hujus viri memoriâ digna ſunt, maximè autem hæc controverſia. Qui ſeditionem excitat, moriatur: & qui ſedat, præmium accipiat. Idem ſeditionem excitans & ſedans, præmium petiit: Hanc autem cauſam ſic breviter peroravit. Igitur, inquit, quid primum? ſeditionem excitâſſe. quid ſecundum? ſedâſſe. Des ergò pœnas ob illatam injuriam; deinde præmium ob rectè facta, ſi potes, accipe. Talis iſte vir fuit. ſepultus eſt in via Megarenſi juxta Eleuſina.

Περὶ ΣΕΚΟΎΝΔΟΥ ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΣ

Ἐν βίοις σοφις. βιβ. ά.

Μηδὲ Σεκούνδου τοῦ Ἀθηναίου ἀμνημονῶμεν, ὃν ἐκάλουν Ἐπίθυρόν τινες, ὡς τέκτονος παῖδα.

Σεκοῦνδος τοίνυν ὁ σοφιστὴς, γνῶναι μὲν περιττὸς, ἑρμηνεῦσαι δὲ ἀπέριττος. Ἡρῴδην δὲ ἐκπαιδεύσας, ἐς διαφορὰν αὐτῷ ἀφίκετο παιδεύοντι ἤδη· ὅθεν Ἡρῴδης διετώθαζεν αὐτὸν, ἐκεῖνο λέγων·

Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει, καὶ τέκτονι τέκτων.

Ἀλλ' ἀποθανόντι καὶ λόγον ἐπεφθέγξατο, καὶ δάκρυα ἐπέδωκε, καίτοι γηραιῷ τελευτήσαντι. μνήμης δὲ ἄξια τοῦ ἀνδρὸς τούτου καὶ πλείω μὲν, μάλιστα δὲ ἥδε ἡ ὑπόθεσις. ὁ ἄρξας στάσεως ἀποθνησκέτω, καὶ ὁ παύσας σώσιν ἐχέτω δωρεάν. ὁ αὐτὸς καὶ ἄρξας καὶ παύσας αἰτεῖ τὴν δωρεάν. τὴν δὲ ὑπόθεσιν ὧδι ἐβραχυλόγησεν. οὐκοῦν, ἔφη, τί πρότερον; τὸ κινῆσαι φάσιν. τί δεύτερον; τὸ παῦσαι· δοὺς οὖν ἐφ' οἷς ἠδίκεις τιμωρίαν, τὴν ἐφ' οἷς εὖ πεποίηκας, εἰ δύνασαι, * λάβε· τοιόσδε ὁ ἀνὴρ οὗτος. τέθαπται δὲ πρὸς τῇ Ἐλευσῖνι τῆς Μεγάραδε ὁδοῦ.

* Interponendam hìc puto δωρεὰν, aut ejuſmodi vocem.

ΑΝΤΩΝΙΟΣ μελίσσης λόγῳ ρκβ'.

Σεκοῦνδος ὁ σοφὸς ἐρωτηθεὶς, τί ἐστι γυνὴ, εἶπεν· Ἀνδρὸς ναυάγιον, οἴκου ζάλη, ἀμεριμνίας ἐμπόδιον, βίου ἅλωσις, καθημερινὴ ζημία, αὐθαίρετος μάχη, πολυτελὴς πόλεμος, συνεστιώμενον θηρίον, συγκαθημένη μέριμνα, συμπλεκομένη λέαινα, κεκοσμημένη Σκύλλα, ζῶον πονηρὸν, ἀναγκαῖον κακόν.

ANTONIUS Melissæ sermone 122.

Secundus ille Sapiens interrogatus quid esset mulier, respondit: Viri naufragium, domûs tempestas, tranquillitatis impedimentum, vitæ captivitas, quotidianum damnum, voluntaria pugna, sumptuosum bellum, bellua contubernalis, solicitudo assidens, leæna complectens, exornata Scylla, animal malitiosum, malum necessarium.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ ἀνθολογία ἀνέκδοτος.

Ὁ αὐτὸς ἔφη· τριῶν κακῶν τέτευγμαι, γραμματικῆς, πενίης, καὶ γυναικός· τῶν δύο ἐξέφυγον, γυναικὸς ἐκφυγεῖν οὐκ ἴσχυσα.

ANONYMI florilegium MS. in Bibl. Barberina.

Idem aiebat: in tria mala incidi, grammaticam, penuriam, & malam mulierem: duo effugi, malam mulierem effugere non potui.

Ἐκ τῶν Σουΐδα.

Σεκοῦνδος Ἀθηναῖος σοφιστὴς, ὃς ἐχρημάτισε Πλίνιος· ἐπωνομάζετο δὲ Ἐπίουρος, ὡς υἱὸς τέκτονος. καθηγητὴς δὲ γέγονε καὶ Ἡρῳδότου [γρ. Ἡρῴδου] τοῦ σοφιστοῦ· ἔγραψε μελέτας ῥητορικάς.

Ex Suida.

Secundus Athenienſis Sophista, qui vocatus est Plinius: sed cognomento dicebatur Epiurus, quasi fabri filius. Fuit autem Herodoti [leg. Herodis] Sophistæ magister: scripsit declamationes oratorias.

VINCENTIUS Bellovacensis spec. hist. lib. III. *cap.* 70.

Temporibus Adriani floruit SECUNDUS Philosophus, qui philosophatus est omni tempore silentium servans, & Pythagoricam vitam ducens.

SECUNDI PHILOSOPHI SENTENTIÆ.

ΣΕΚΟΥΝΔΟΥ ΤΟΥ ΣΟΦΟΥ ΓΝΩΜΑΙ.

Quid est Mundus?

INcomprehensibilis complexio, structura mente contemplanda, altitudo oculis inaccessa, ex se natum spectaculum, multiformis figuratio, æternus tenor, almus æther, multipartitus spiritus, septivagus circuitus; sol, lumen, dies, luna, stellæ, tenebræ, nox; terra, ignis, aqua, aër.

Τί ἐστι κόσμος;

* Ἀκατάληπτος περιοχὴ, θεωρητικὸν κατασκεύασμα, ἀσύνοπτον ὕψωμα, αὐτογέννητον θεώρημα, πολυχάρακτον μόρφωμα, αἰώνιον διακράτημα, αἰθὴρ θρεπτικὸς, πολυδιοίκητον πνεῦμα, ἐπταπλανὲς κύκλωμα, ἥλιος, φῶς, ἡμέρα, σελήνη, ἄστρα, σκότος, νύξ· γῆ, πῦρ, ὕδωρ, ἀήρ.

Quid est Oceanus?

Mundi amplexus, corona maritima, falsum vinculum, cingulum Atlanticum, totius naturæ ambitus, orbis fascia.

Τί ἐστιν ὠκεανός;

Κόσμου ἐναγκάλισμα, θαλάσσιον στεφάνωμα, ἅλμυρὸς δεσμὸς, ἀτλαντικὸς ζωσὴρ, πάσης φύσεως περίδρομος, οἰκουμένης κάτοχος.

Quid est Deus?

Bonum nativum, multiformis imago, altitudo invisibilis, variè effigiata forma, quæstio intellectu difficilis, mens immortalis, spiritus cuncta pervadens, pervigil oculus, propria omnium essentia, multinominis potestas, manus omnipotens, lumen, mens, potestas.

Τί ἐστι Θεός;

Ἰδιόπλασον ἀγαθὸν, πολύμορφον εἴκασμα, ἀσύνοπτον ὕψωμα, πολυχάρακτον μόρφωμα, δυσνοούμενον ζήτημα, ἀθάνατος νοῦς, πολυδιοίκητον πνεῦμα, ἀκοίμητος ὀφθαλμὸς, ἰδία πάντων οὐσία, πολυώνυμος δύναμις, παγκρατὴς χεὶρ, φῶς, νοῦς, δύναμις.

Quid est Dies?

Stadium laboris, duodecim

Τί ἐστιν ἡμέρα;

Στάδιον κακοπαθείας, δωδε-

* Ακατάληπτος περιοχὴ] veteris versionis auctor ἀκατάληκτος περίοδος legit, & paulò post ἀπλανὲς κύκλωμα. sed utrique nostram lectionem præfero. Verum hæc cuivis conferre facile est.

πάωρος

κάωρος διαδρομὴ, ἀρχὴ καθημερινὴ, ὑπόμνησις βιωτικὴ, δειλινὴ ἀπότασις, αἰώνιον ἀρίθμημα, φυσικὸν ἐσόπτρισμα, ἀερίζουσα μέριμνα.

horarum decursus, quotidianum principium, admonitio victitandi, vespertina dilatio, perpetua supputatio, speculum naturale, sollicitudo aërea.

Τί ἐστιν ἥλιος;

Οὐράνιος ὀφθαλμὸς, νυκτὸς ἀνταγωνιστὴς, αἰθέριον κύκλωμα, κοσμικὸς ἔλεγχος, ἀκήρατος φλὸξ, καρπῶν περιβόλαιον, ἄσβεστος ἀκτὶς, κεχορηγημένη λαμπὰς, οὐράνιος ὁδοιπόρος, ἀδιάλειπτον φέγγος, ἡμέρας κόσμιον.

Quid est Sol?

Oculus cœlestis, noctis adversarius, æthereus circuitus, mundi index, flamma sincera, frugum fomentum, radius inextinguibilis, fax semper suppetens, viator cœlestis, indeficiens lumen, ornamentum diei.

Τί ἐστι σελήνη;

Οὐρανοῦ πορφύρα, νυκτερινὴ παραμυθία, πλεόντων παννύχισμα, ὁδευόντων παρηγορία, ἡλίου διαδοχὴ, οὐράνιος ὁδοιπορία, κακούργων ἔχθρα, σημεῖον ἑορτῶν, μηνιαῖον ἀνακύκλωμα, παλίνδρομος ἀνάμνησις.

Quid est Luna?

Cœli purpura, solamen nocturnum, navigantium pervigilium, peregrinantium consolatio, solis vicaria, iter cœleste, facinorosorum inimica, signum festorum, menstrua revolutio, reciprocum memoraculum.

Τί ἐστιν ἄνθρωπος;

Νοῦς σεσαρκωμένος, πνευματικὸν ἀγγεῖον, αἰσθητικὸν οἴκημα, οἰκητήριον ὀλιγοχρόνιον, ἐπίπονος ψυχὴ, τύχης παίγνιον, φρόντισμα χρόνου, ὠσεωμένον ὄργανον, κατάσκοπος βίου, φωτὸς ἀποστάτης, γῆς ἀπαίτημα.

Quid est homo?

Mens induta carne, vas spiritale, sensile domicilium, breve habitaculum, anima ad labores nata, fortunæ ludibrium, temporis cura, instrumentum osseum, vitæ explorator, lucis desertor, terræ creditum.

Τί ἐστι γυνή;

Ἀνδρὸς ἐπιθύμιον, συνεσιώμενον θηρίον, συγκοιμωμένη λέαινα, συντηρουμένη δράκαινα, ἱματισ-

Quid est mulier?

Viri desiderium, fera contubernalis, leæna lecti socia, dracæna custodita, vipera ve-

μένη

ſtita, pugna voluntaria, bellum ſumptuoſum, diſpendium quotidianum, hominum procreandorum officina, animal malitioſum, malum neceſſarium.

μένη ἔχιδνα, αὐθαίρετος μάχη, πολυτελὴς πόλεμος, καθημερινὴ ζημία, ἀνθρωποποιὸν ὑπούργημα, ζῶον πονηρὸν, ἀναγκαῖον κακόν.

Quid ſunt divitiæ?

Sarcina aurea, voluptatum miniſtræ, res inſidiis expoſita, voluptas ineffabilis, invidia domeſtica, ſperatus timor, ſtudium quotidianum, res lubrica, amabile infortunium, deſiderabilis ærumna, ſummus rerum apex, teſſera argentea, erratica felicitas.

Τί ἐϛι πλοῦτος;

Χρυσοῦν φορτίον, ἡδονῶν ὑπηρέτης, ἐπιβουλευόμενον πρᾶγμα, ἀπόλαυσις ἀνέκφραϛος, φθόνος συνεχιώμενος, φόβος ἐλπιζόμενος, καθημερινὴ μελέτη, ἐυμετάπτωτον πρᾶγμα, φιλούμενον ἀτύχημα, περιπόθητον ταλαιπώρημα, ὑψηλὸν πῶμα, ἀργυρικὸν σύνθεμα, περιερχόμενον ἐυτύχημα.

Quid eſt paupertas?

Bonum odioſum, mater ſanitatis, impedimentum voluptatum, vita ſine curis, tuta poſſeſſio, magiſtra cogitationum, ſapientiæ repertrix, res abſque invidiâ, opes ab exploratoribus ſecuræ, mercatura indemnis, divitiæ non ſupputandæ calculis.

Τί ἐϛι πενία;

Μισούμενον ἀγαθὸν, ὑγείας μήτηρ, ἡδονῶν ἐμποδισμὸς, ἀμέριμνος διατριβὴ, δυσαπόσπαϛον κτῆμα, ἐπινοιῶν διδάσκαλος, σοφίας ἀνεύρησις, ἄφθονον πρᾶγμα, ἀσκόπευτος οὐσία, ἀζημίωτος ἐμπορία, ἀψήφιϛος οὐσία.

Quid eſt amicus?

Nomen inane, homo nuſquam comparens, res inventu difficilis, infelicitatis refugium, anguſtiarum ſolatium, miſeriarum fomentum, vitæ inſpector, homo incomprehenſibilis, theſaurus nuſquam exiſtens, indefinens felicitas.

Τί ἐϛι φίλος;

Ζητούμενον ὄνομα, ἄνθρωπος ἀφανὴς, δυσεύρητον κτῆμα, καταφυγὴ δυσυχίας, ἀπορίας παραμύθιον, ἄκος ταλαιπωρίας, κατάσκοπος βίου, ἄνθρωπος ἀκατάληπτος, ἀνυπόϛατον κειμήλιον, ἀκατάληκτος ἐυτυχία.

Quid eſt ſenectus?

Plenitudo dierum, ſanus morbus, viva mors, cura expectata, ſperatus timor, annoſum

Τί ἐϛι γῆρας;

Πλήρωσις ἡμερῶν, ὑγιαίνουσα νόσος, ζῶν θάνατος, προσδοκωμένη μέριμνα, φόβος ἐλπιζόμενος,

πολυ-

πολυχρόνιον γέλασμα, ἄτονος φρόνησις, ἔμπνους νεκρὸς, ἀφροδίτης ἀλλότριον, θάνατος προσδοκώμενος, νεκρὸς κινούμενος.

deridiculum, enervis prudentia, cadaver spirans, Veneris odium, mors expectata, mobile cadaver.

Τί ἐστιν ὕπνος;

Καμάτων ἀνάπαυσις, ἰατρῶν κατόρθωμα, δεδεμένων λύσις, ἀγρυπνούντων σοφία, νοσούντων εὐχὴ, θανάτου εἰκὼν, ταλαιπωρούντων παραμυθία, πάσης πνοῆς ἡσυχία, πλουσίων ἐπιτήδευμα, πενήτων ἀδολεσχία, καθημερινὴ μελέτη.

Quid est somnus?

Laborum requies, desideratus medicorum effectus, vinctorum solutio, insomniosorum sapientia, ægrotantium votum, mortis imago, afflictorum solamen, universi spiritûs quies, divitum studium, pauperum oblectamentum, quotidiana occupatio.

Τί ἐστι κάλλος;

Φυσικὴ ζωγραφία, ἰδιόπλασον ἀγαθὸν, ὀλιγοχρόνιον εὐτύχημα, εὐπαράλλακτον κτῆμα, ἔμπνους πάρνευσις, ἀνδρὸς ἀσελγοῦς ναυάγιον, ἀπαράμονον ἀγαθὸν, σεσαρκωμένη εὐτυχία, ἡδονῶν ὑπηρεσία, ἄνθος μαραινόμενον, ἀσύνκτητον πρᾶγμα, ἀνθρώπων παραμυθία.

Quid est pulchritudo?

Nativa pictura, inaffectatum bonum, momentanea felicitas, mutabilis possessio, spirans lenocinium, hominis incontinentis naufragium, bonum instabile, carnea felicitas, voluptatum ministra, flos marcidus, res non parabilis, hominum solatium.

Τί ἐστι γῆ;

Οὐρανοῦ βάσις, ἀπύθμενον θεώρημα, ἀεροφυὲς ῥίζωμα, γυμνάσιον ζωῆς, σελήνης παννύχισμα, ἀσύνοπτον θεώρημα, ὄμβρων τιθήνη, καρπῶν μήτηρ, ᾅδου καλυπτὴρ, αἰώνιον φύλαγμα, πολυδιοίκητον χώρημα, γέννα καὶ ἀποδοχὴ πάντων.

Quid est terra?

Cœli basis, speculatio sine fundo, radicatio aërea, gymnasium vitæ, lunæ pervigilium, spectaculum visu incomprehensibile, imbrium nutrix, frugum mater, inferorum operculum, custodia æterna, spacium multarum ditionum, generatio & receptaculum rerum omnium.

Τί ἐστι γεωργός;

Καρπῶν ὑπηρέτης, ὄμβρων

Quid est agricola?

Frugum minister, imbrium

dion

arbiter, solitudinis amicus, mercator maris expers, silvæ adversarius, victûs operarius, corrector camporum, terræ medicus, plantator arborum, avium magister, ærumnæ consuetudo.

διαιτητὴς, ἐρημίας συνήθης, ἀθαλασσίας ἔμπορος, ὕλης ἀνταγωνιστὴς, τροφῆς ὑπουργὸς, πεδίων ἀρισευτὴς, γῆς ἰατρὸς, δένδρων φυτουργὸς, ὀρνέων παιδαγωγὸς, κακοπαθείας συνήθης.

Quid est navigium?

Res fluctuans, domus sine fundamento, sepulcrum paratum, tabula quadrata, ventorum peregrinatio, volitans carcer, mors natitans, equus marinus, decipula aperta, fluctivagum iter.

Τί ἐστι πλοῖον;

Ἐπίσαλον πρᾶγμα, ἀθεμελίωτος οἰκία, ἡρμοσμένος τάφος, κυβικὴ σανὶς, ἀνέμων ὁδοιπορία, ἀνιπταμένη φυλακὴ, ἐπιπλέων μόρος, πελάγιος ἵππος, ἠνεῳγμένη γαλεάγρα, ἐγκύματος ὁδοιπορία.

Quid est nauta?

Fluctuum viator, veredarius maris, ventorum comes, orbis hospes, terræ desertor, tempestatum adversarius, maritimus gladiator, pervestigator ventorum, salutis incertus, mortis vicinus, maris amator.

Τί ἐστι ναύτης;

Κυμάτων ὁδοιπόρος, θαλάσσης * βερηδάριος, ἀνέμων σύνοδος, οἰκουμένης ξένος, γῆς ἀποστάτης, χειμῶνος ἀνταγωνιστὴς, διαπόντιος μονομάχος, ἀνέμων ἰχνευτὴς, ἄδηλος ἐπὶ σωτηρίᾳ, θανάτου γείτων, θαλάσσης ἐρασής.

Quid est mors?

Somnus æternus, resolutio corporis, afflictorum desiderium, recessus spiritûs, fuga & abdicatio vitæ, divitum timor, pauperum solamen, resolutio membrorum, pater somni, verus terminus fixus, dissolutio omnium.

Τί ἐστι θάνατος;

Αἰώνιος ὕπνος, ἀνάλυσις σώματος, ταλαιπορούντων ἐπιθυμία, πνεύματος ἀπόσασις, φυγὴ καὶ ἀπόκτησις βίου, πλουσίων φόβος, πενήτων παραλαλία, ἀνάλυσις μελῶν, ὕπνου πατὴρ, ἀληθινὴ προθεσμία, ἀπόλυσις πάντων.

* Est vox Græco-barbara, de quâ vide Jo. Meurs. Glossar.

FINIS.

ΤΈΛΟΣ.

SECUN-

SECUNDI PHILOSOPHI

Reſponſa ad interrogata Adriani,

Ex Vincentio Bellovacenſe, ſpec. hiſt. lib. x. *cap.* lxxi.

Quid eſt Mundus? Inceſſabilis circuitus, ſpectabilis ſupellex, multiformis formatio, æternus tenor, circuitus ſine errore.

Quid eſt Oceanus? Mundi amplexus, terminus coronatus, (*al.* coarctatus,) hoſpitium fluviorum, fons imbrium.

Quid eſt Deus? Immortalis mens, incontemplabilis celſitudo, forma multiformis, incogitabilis inquiſitio, inſopitus oculus, omnia continens, lux, bonum, & quod eſt hujuſmodi.

Quid eſt Sol? Cœli oculus, caloris circuitus, ſplendor ſine occaſu, diei ornatus, horarum diſtributor.

Quid eſt Luna? Cœli purpura, Solis æmula, malefactorum inimica, ſolamen iter agentium, directio navigantium, ſignum ſolemnitatum, larga roris, præſagium tempeſtatum.

Quid eſt Terra? Baſis cœli, meditullium mundi, fructuum cuſtos & mater, operculum inferni, mater naſcentium, nutrix viventium, devoratrix omnium, cellarium vitæ.

Quid eſt Homo? Mens incarnata, phantaſma temporis, ſpeculator vitæ, mancipium mortis, tranſiens viator, loci hoſpes, anima laborioſa, parvi temporis habitaculum.

Quid eſt Pulchritudo? Flos marcidus, carnalis felicitas, humana concupiſcentia.

Quid eſt Mulier? Hominis confuſio, inſaturabilis beſtia, continua ſollicitudo, indefinens pugna, viri incontinentis naufragium, humanum mancipium.

Quid eſt Amicus? Deſiderabile nomen, homo vix apparens, infelicitatis refugium, indefinens felicitas.

Quid Divitiæ? Auri pondus, curarum miniſtri, delectatio injucunda, inſatiabilis invidia, deſiderium inexplebile, os excelſum, inviſa concupiſcentia.

Quid eſt Paupertas? Odibile bonum, ſanitatis mater, curarum remotio, ſapientiæ repertrix,

trix, negocium sine damno, possessio absque calumnia, sine sollicitudine felicitas.

Quid Senectus? Optatum malum, mors viventium, incolumis languor, spirans mors.

Quid Somnus? Mortis imago, laborum quies, infirmantium votum, miserorum desiderium.

Quid est Vita? Beatorum lætitia, miserorum mœstitia, expectatio mortis.

Quid est Mors? Æternus somnus, divitum pavor, pauperum desiderium, inevitabilis eventus, latro hominis, fuga vitæ, resolutio omnium.

Quid est Verbum? Proditor animi.

Quid est Corpus? Domicilium animæ.

Quid est Barba? Sexûs discretio.

Quid est Cerebrum? Custos memoriæ.

Quid est Frons? Imago animi.

Quid Oculi? Duces corporis, vasa luminis.

Quid est Cor? Receptaculum vitæ.

Quid Jecur? Custodia caloris.

Quid Fel? Suscitatio iracundiæ.

Quid Splen? Risûs & lætitiæ capax.

Quid est Stomachus? Ciborum coquus.

Quid Ossa? Robur corporis.

Quid Pedes? Mobile fundamentum.

Quid est Ventus? Aëris perturbatio, mobilitas aquarum, siccitas terræ.

Quid sunt Flumina? Cursus indeficiens, refectio Solis, irrigatio terræ.

Quid Amicitia? Æqualitas animorum.

Quid Fides? Ignotæ rei miranda certitudo.

Quid est quod hominem lassum fieri non sinit? Lucrum.

SECUNDI PHILOSOPHI SENTENTIÆ,

Sive Quæstiones Problematum scriptæ ad Adrianum Imp.

Ex Casp. Barthii Adversar. lib. xi. *cap.* xvii.

Mundus, est incessabilis circulus, cunctorum via & transitus.

Mare, mater aquarum, terræ amplexus.

Deus, mens immortalis, incomprehensibilis certitudo, forma omniformis.

Cœlum, Sphæra volubilis, campus intelligentiæ, hortus æternitatis, theatrum vitale omnium.

Sol, oculus Dei, cœli & naturæ sensus, temperator vitarum, horarum æternus distributor.

Luna, Solis famula, tenebrarum arbitra, index malefactorum, directio æstuum, tempestatum & ventorum indicium.

Homo, mens incarnata, anima subjecta tempori, lusus astrorum, speculator vitæ, motûs & mortis mancipium.

Terra, basis mundi, mater corporum.

Dies, stadium laborum, viventium respectus, mortis calculatio.

Aër, custodia vitarum, animarum fundus.

Lux, rerum facies, colorum index.

Pluvia, terræ exsudatio, nutrix fructuum.

Nebula, tenuis nox.

Ventus, aëris turbatio, mobilitas aquarum, siccitas terræ.

Aqua, subsidium vitæ, fons fructuum, scatebra agilitatis, macularum ablutio.

Flumen, imago temporis, cursus indeficiens, refectio solis, irrigatio terræ.

Gelu, Frugum exsiccatio, pons aquarum naturalis.

Hyems, caloris exsilium.

Ver, parturitio terræ.

Æstas, rerum voluptas, naturæ prægnatio, venustas laborum.

Mulier, sollicitudo perpetua, humana furia, quotidianum damnum, perpetua iracundia, pondus immobile, necessarium malum.

Pulchritudo, naturalis captio, parvi temporis flos, error humanus, omnium cupiditas, dulcis morbus, amabile tormentum.

Finis Sententiarum Secundi.

SEXTI

SEXTI PYTHAGOREI

SENTENTIÆ,

E Græco in Latinum

A *RUFFINO* VERSÆ.

SEXTI PYTHAGOREI SENTENTIÆ

E Græco in Latinum

A *Ruffino* Verſæ, & *Xyſto* Romanæ Eccleſiæ Epiſcopo falsò attributæ.

EIdelis homo, electus homo eſt.

Electus homo, homo Dei eſt.

Homo Dei eſt, qui Deo dignus eſt.

Deo dignus eſt, qui nihil indignè agit.

Dubius in fide, infidelis eſt.

Infidelis homo, mortuus eſt corpore vivente.

Verè fidelis eſt, qui non peccat, atque etiam in minimis cautè agit.

Non eſt minimum in humana vita, negligere minima.

Omne peccatum impietatem puta. Non enim manus, vel oculus peccat, vel aliquod hujuſmodi membrum: ſed malè uti manu vel oculo, peccatum eſt.

Omne membrum corporis, quod invitat te contra pudicitiam agere, abjiciendum eſt. Melius eſt uno membro vivere, quàm cum duobus puniri.

Immortales crede te manere in judicio honores & pœnas.

Si quæcunque in hoc mundo habes aliquis auferat tibi, ne indigneris.

Inculpatus eſto.

Omnia auferenti à te cede, præter libertatem.

Sapiens vir, & pecuniæ contemptor, ſimilis eſt Deo.

Rebus mundanis in cauſis tantùm neceſſariis utere.

Quæ mundi ſunt, mundo: & quæ Dei ſunt, reddantur Deo.

Certus eſto, quod animam tuam fidele depoſitum acceperis à Deo.

Cum loqueris Deo, ſcito quod judiceris à Deo.

Optimam purificationem puto, nocere nemini.

Anima purificatur Dei verbo per ſapientiam.

Non putes Dei ſapientiam inſenſibilem eſſe.

Deus ſicut mens eſt, quæ movetur ſponte, ſecundum hæc & ſubſiſtit.

Magnitudinem Dei non invenies, etiam ſi pennis volare poſſis.

Nomen Dei ne quæras, quia non invenies: nam omne quod nomine appellatur, à digniore nomen accipit, ut alius quidem vocet, alius autem audiat. Quis ergo eſt, qui nomen impoſuit Deo? Deus autem non nomen

est Deo, sed indicium quod sentimus de Deo.

Nihil ergo de Deo, quod non licet quæras.

Deus sapiens lux est, non capax contrarii.

Quæcunque fecit Deus, pro hominibus ea fecit.

+ Angelus minister est Dei ad hominem.

+ Tam pretiosus est homo apud Deum, quam Angelus.

Primus beneficus est Deus: Secundus est is, qui beneficii ejus fit particeps homo. Vive igitur ita, tanquam qui sis secundus post Deum, & electus ab eo.

Habes, inquam, in te aliquid simile Dei, & ideo utere teipso velut templo Dei, propter illud quod in te simile est Dei.

Revereatur vitam tuam mundus. Nihil admittas quod tibi invehat notam.

Male viventes cum è corpore excesserint, cruciabit malus dæmon: usque quo etiam novissimum quadrantem exigat ab eis.

Beatus vir cujus animam nemo reprehendit ad Deum euntem.

+ Deum ergo honora super omnia, ut ipse dominetur tibi.

Quicquid super omnia honoraveris, hoc tibi dominabitur. Si autem dominatum tui gerit Deus, ita tu demum dominaberis omnibus.

Honor summus Deo, scire eum & imitari.

Simile quidem Deo per omnia nihil est, grata tamen ei est inferioris quantum possibile est imitatio.

Templum Sanctum est Deo mens pii, & altare est optimum ei, cor mundum, & sine peccato.

Hostia soli Deo acceptabilis, benefacere hominibus pro Deo.

Deo gratiam præstat homo qui quantum possibile est vivit secundum Deum.

Deus quidem nullius eget: fidelis autem Dei solius: æmulatur ergo illum qui nullius eget, is qui paucis in rebus necessariis indiget.

Satage magnus quidem esse apud Deum, apud homines vero invidiam fuge.

Si benignus sis erga indigentes, magnus eris apud Deum.

Sapiens vir, cujus viventis quidem parva est apud homines opinio, defuncti vero gloria prædicatur.

Omne tempus, quo de Deo non cogitas, hoc puta te perdidisse.

Corpus quidem tuum incedat in terra, anima autem semper sit apud Deum.

Intellige quæ sint bona, ut bene agas.

Bona cogitatio hominis Deum non latet, & ideo cogitatio tua pura sit ab omni malo.

Dignus esto eo, qui te dignatus est filium dicere, & age omnia ut filius Dei.

Quod Deum patrem vocas, hujus in actionibus tuis memor esto.

Vir castus & sine peccato, pote-

potestatem accepit à Deo esse filius Dei.

Bona mens, chorus est Dei.

Mala mens, chorus est dæmonum malorum.

Injustum si inhibeas agere injuste, hoc est secundum Deum punire.

Satage non videri, sed esse justus: certum est enim, non esse eum, qui videri vult esse.

Honora quod justum est, propter hoc ipsum quod justum est.

Nequaquam latebis Deum agens injuste, sed nec cogitans quidem.

Vir sapiens castus erit Deo.

Omnem spurcitiem fuge.

Semper de bonis loqui stude.

Libidinem vince, continens corpus in omnibus, quia ex delitiis & voluptatibus non effugies spurcitiem.

Voluptuosum Deus non exaudit.

Delitiarum finis corruptio.

Non verbum, sed ratio præcedat actus tuos.

Pernicioſum est servire vitiis, quia quot vitia habet anima, tot & dominos.

Amor pecuniæ amorem carnalium indicat.

Acquire possessionem animæ firmam, virtutem. Quid est firma possessio, nisi virtus aut vis animæ?

Renuncia rebus corporis, dum adhuc potes, & quantum potes.

Hoc solum tuum ducito quod bonum est.

Qualis vis esse dum Deum oras, talis semper esto.

Dum optima quæque abjeceris prædia, tunc purificatus pete quod vis à Deo.

Lingua maliloqua indicium est mentis malæ.

Insuesce linguam tuam bene proloqui, & maxime cum de Deo fit sermo.

Nocere Deo nemo potest.

Impius, in Deum maledicus, & infestus, & contumelioſus est.

Fundamentum pietatis est continentia: culmen autem pietatis, amor Dei.

Pium hominem habeto tanquam teipsum.

Opta tibi evenire non quod vis, sed quod expedit.

Qualem vis esse proximum tuum tibi, talis esto & tu tuis proximis.

Quæ culpes, facere noli.

Nulli suadenti acquiescas petere quod non est bonum.

Quod Deus tibi dat nullus auferre potest.

Delibera priusquam agas, & antequam agas, provide quale sit quod factus es.

Si quid non vis scire Deum, istud nec agas, nec cogites.

Priusquam agas quodcunque agis, cogita Deum, ut lux ejus præcedat actus tuos.

Grandis impietas in Deum, affligere hominem.

Anima illustratur recordatione Dei.

Contentus esse mediocribus stude.

Noli omnia concupiscere.

Occasiones donorum perquire etiam cum labore.

Noli diligere ea quæ corporis sunt.

Immundum hominem facit actus turpis.

Purgatur anima insipientis, cùm arguitur intrinsecus latens sensus ejus.

Deus in bonis actibus hominibus dux est.

† Neminem inimicum deputes.

Dilige omne quod ejusdem tecum naturæ est: Deum verò plus quàm animam dilige.

Pessimum est peccatoribus, in unum convenire cùm peccant.

Multi cibi impediunt castitatem, & incontinentia ciborum immundum facit hominem.

Animantium omnium usus quidem in cibis indifferens, abstinere verò rationabilius est.

† Non cibi qui per os inferuntur polluunt hominem, sed ea quæ ex malis actibus proferuntur.

Quicquid cupiditate victus acceperis, polluit.

Multitudini placere ne satagas.

† In omni quod bene agis, autorem esse deputa Deum.

† Mali nullius autor est Deus.

Non amplius possideas quam usus corporis poscit.

Aurum non eripit animam è malis.

In delitiis corporis positus, certum est quod ignores illa, quæ præparata sint tibi à Deo.

† Ea posside quæ nullus possit auferre à te.

Fer quod necesse est, sicut necesse est.

Magnanimus esse stude.

Ea quæ contemnes si recte laudaris, ne retineas. In quibus probabiliter magnificus eris, hæc obtine.

Hæc posce à Deo quæ dignum est præstare Deum.

Ratio quæ in te est, vitæ tuæ lux est.

† Ea pete à Deo, quæ accipere ab homine non potes.

In quibus præcedere debet labor, hæc tibi opta evenire post laborem.

Oratio vel vota pigri sermo vanus.

Non oportet contemnere ea, quibus etiam post dispositionem corporis egemus.

Non petas à Deo id, quod cum habueris non perpetuo obtinebis.

Insuesce animam tuam aliquid magnum de se sentire post Deum.

† Nil pretiosum ducas, quod auferre à te possit homo malus.

Hoc solum bonum putato, quod Deo dignum est.

Quod Deo dignum est, hoc & viro bono.

Quicquid non convenit ad beatitudinem Dei, non conveniat homini Dei.

Ea debes velle, quæ & Deus vult.

Filius Dei est, qui hæc sola pretiosa ducit, quæ & Deus.

Donec in desideriis est caro, anima ignorat Deum.

Cupiditas possidendi origo avaritiæ est.

Ex sui ipsius amore injustitia nascitur.

Corpus animæ molestum non natura, sed peccatum fecit.

Omne quod homini plus est quam necesse sit, inimicum ei est.

Qui

Qui amat quod non expedit, non amabit quod expedit.

Sapiens verbis innotescit paucis.

Qui studet his quæ non bona, latebunt quæ sunt bona.

Semper apud Deum mens est Sapientis.

Sapientis mentem Deus inhabitat.

Inexplebilis est omnis cupiditas, propterea & semper indiget.

Sapiens semper similis est sibi.

Sufficit ad beatitudinem agnitio Dei solius, & imitatio.

Malis qui adulatur, pejores eos facit.

Intolerabilis fit malitia cum laudatur.

Lingua tua sensum tuum sequatur.

Melius est lapidem frustra jactare, quàm verbum. Delibera antequam dicas, ne quæ non expedit dicas. Verba sine sensu opprobria.

Verbositas non effugiet peccatum.

Brevis est in sermonibus sapiens.

Indicium imperitiæ longa narratio.

Veritatem dilige.

Mendacio tanquam veneno utere.

Ante omnia tempus verbis tuis requirito.

Tum loquere, quando tacere non expedit.

De quibus ignoras tace, de quibus autem certus es, loquere opportunè.

Sermo extra tempus indicium malitiosæ mentis est.

In conventu ne satagas primum dicere.

Melius est vinci vera dicentem, quàm vincere mentientem.

Fides actus tuos omnes præcèdat.

Sapientia animam perducit ad Deum.

Nihil tam vernaculum sapientiæ, quam veritas.

Nunquam potest anima bona mendacium diligere.

Pravo & pessimo ingenio fides aliena est.

Fidelis homo audire quæ oportet amat magis, quàm dicere quæ non oportet.

Vir libidinosus ad omnia inutilis est.

Irreprehensibilis in verbis utitur Deo.

Peccata discentium opprobria sunt doctorum.

Mortui sunt apud Deum, per quos nomen Dei maledicitur.

Sapiens homo beneficus post Deum.

Sermones tui vitam tuam commendent auditoribus.

Quod fieri non decet, neque in suspicionem veniat, quasi id feceris.

Quod pati non vis ab alio, neque id facias.

Quæ tibi facere est turpe, hæc & aliis imperare facienda turpissimum est.

Etiam in cogitationibus tuis mundus esto à peccato.

Cùm præes hominibus, memento quòd & tibi præest Deus.

Vindictam exercens, scito quia & judiceris à Deo.

Majus est periculum judicantis, quàm ejus qui judicatur.

Levius est omne vulnus, quàm verbum.

Possibile est verbo fallere homines, non autem Deum.

Non putes malum, si tu cùm veritatem scias culparis in verbo.

Malè sentire de fide, amor jactantiæ facit.

Fidelis esse magis quàm videri stude.

Cole sapientem virum tanquam imaginem Dei viventis.

Sapiens vir etiamsi nudus sit, sapiens apud te habeatur.

Neminem propterea magni æstimes, quòd pecuniâ divitiisque abundet.

Difficile est divitem salvari.

Derogare viro sapienti ac Deo, æquale ducito peccatum.

Verbum de Deo loquens, depositum te putato accepisse animas.

Quod bonum est, hoc solum te decere puta.

Age magna, non magna pollicens.

Non eris sapiens, si te reputaveris sapientem.

Non potest bene vivere qui non integre credit.

In tribulationibus quis sit fidelis agnoscitur.

Finem vitæ existima vivere secundùm Deum.

Nihil putes malum, quod non sit turpe.

Mali finis injuria, injuriæ autem perditio.

Non dominatur mala affectio in mente fidelis.

Omnis mala affectio animi, rationi est inimica.

Quicquid feceris animo malè affecto, pœnitebis.

Affectiones pravæ ægritudinum initia.

Malitia est ægritudo animæ.

Animæ autem mors injustitia & impietas.

Tunc te putato fidelem, cùm passionibus animæ carueris.

Omnibus hominibus ita utere, quasi communis omnium post Deum curator.

Qui hominibus malè utitur, seipso malè utitur.

Qui nihil mali vult, fidelis est.

Opta ut bene possis facere inimicis.

Sine Deo non poteris vivere Deo.

Malis ineptus videtur vir sapiens.

Omnia sufferto pro eo, ut secundùm Deum vivas.

Orationem Deus non exaudit hominis, qui egenum non exaudit.

Sapientia sapienti donum à Deo.

Honorans sapientem teipsum honorabis.

Fidelem te esse nosce.

Cùm filium te quis Dei dicet, memento cujus te filium dicat.

Deum patrem invocans in actibus hoc recordare.

Verba tua pietate semper plena sint.

In actibus tuis ante oculos pone Deum.

Nefas

Nefas est Deum patrem invocare, & aliquid inhonestum agere.

Qui non diligit sapientem, nec seipsum diligit.

Nulla propria possessio putetur sapientis.

Quorum communis est Deus idémque pater, hi nisi auxilia & opem in commune conferant, impii sunt.

Deo ingratus est qui non magni ducit sapientem.

Conjugium tibi refutare concessum est, idcirco ut vivas indesinenter adhærens Deo. Si autem tanquam prælium sciens tamen pugnare vis, & uxorem duc, & filios procrea.

Adulter est in suam uxorem omnis impudicus amator ardentior.

Nihil propter solam libidinem facias.

Scito te adulterum esse, etiam si cogites de adulterio. Sed & de omni peccato eadem sit tibi ratio.

Fidelem te esse professus, spopondisti pariter non peccare Deo.

Fideli mulieri ornatui ducatur pudicitia.

Vir qui uxorem dimittit, profitetur se nec mulierem gerere.

Mulier pudica gloria viri est.

Reverentiam habens uxori, habebis eam reverentem.

Fidelium conjugium certamen habeat continentiæ.

Ut continueris ventrem, ita & venereos motus.

Devita infidelium laudes.

Quæ gratis accipis à Deo, præsta gratis.

Multitudinem fidelium non invenies. Rarum est enim omne quod bonum est.

Sapientem honora post Deum.

Cùm argueris sapientem, diliget te.

Qui sapienti non obtemperaverit, nec Deo obtemperabit.

Fidelis volens esse, præcipuè quidem hoc nitere, ne pecces: quod etiam si fortè acciderit, saltem cave ne itereturidipsum.

Doctrinam quæ non est Deo digna ne dicas.

Multa velle scire, curiositas animi putanda est.

Qui cognoscit quæ Deo digna sunt, ille sapiens est.

Doctrinam ex qua proficere potes in amore Dei, illam necessariò expete.

Sapiens vir parcit ne perdat tempus.

Fiduciam cum verecundia habeto.

Excrucient te liberi malè viventes, magis quàm morientes.

Filii infideles nec filii.

Fidelis vir non ægre fert abjectionem liberorum.

Vivere quidem non est in nobis, rectè autem vivere in nobis est.

Non judices esse sapientiæ studiosum, cui non de omnibus credis.

Criminationes adversùs sapientiæ studiosum noli admittere.

Stude communiter omnibus benefacere.

Execrabile tibi sit, etiam justè aliquid punire.

Si vis cum lætitia animi vivere,

re, noli multa agere. In multis enim actionibus minor eris.

Quod non posuisti ne tollas, sed sufficiant tibi quæ tua sunt.

Relinquens quæ possides, sequere verbum Dei. Liber enim eris ab omnibus cum Deo servieris.

Cessa à cibo.

Ede citra satietatem.

Omni homini impartito.

Pro reficiendo paupere etiam jejunare bonum est.

Omne poculum tibi suave sit, quod sitim extinguit.

Ebrietatem quasi insaniam fuge.

Homo qui à ventre vincitur, belluæ similis est.

Ex carne nihil oritur bonum.

Turpissimæ libidinis ea quidem, quæ suavia sunt citò transeunt, probra verò perpetuò manent.

Solent homines abscindere aliqua membrorum suorum pro sanitate reliquorum; quanto id præstantius pro pudicitia fiet?

Grandem pœnam putato cum in desideriis obtinueris, nunquam enim sedat desiderium adeptio desideratorum.

Non est sapienter factum, in quo libertas aufertur.

Bona habere omnes quidem optant, obtinent autem qui semetipsos integre verbo Dei mancipârunt.

Sapientiæ amator, & honestus esto, & non obtrectator.

Rara sit objurgatio tua, & opportuna.

Nimius risus indicium est animi negligentis, ne ergo tantum tibi indulgeas ut risu diffluas.

Castorum vita sit tibi honestatis exemplum.

Optimum quidem est non peccare, peccantem verò agnoscere quàm ignorare, melius est.

Jactans non est sapiens.

Magnam scito esse sapientiam, per quam ferre potes ineruditorum insipientiam.

Turpe ducito proprio ore laudari.

Sapientum animæ insatiabiles sunt in amore Dei.

Exordium in agendo à Deo sume quæ agis.

Ore autem priùs Deum habeto & mente quàm respires.

Ea quæ oportet discere & ita facere, ne coneris facere antequam discas.

Carnem noli amare.

Animam bonam post Deum dilige.

Domesticorum indignationes ferre sapientis est.

Sapientum divitiæ continentia.

Si quid proprium alii tradideris, at ipse non habebis, non judices bonum.

Justa communio servanda.

Non dicas aliquod alio peccato levius.

Sicut in benefactis laudari vis, ita in delictis patienter accipe si culperis.

Quorum laudes contemnis, eorum neque derogationes magni pendas.

Thesaurum quidem defodere inhumanum est, inventum auferre non est sapientis.

Quantum laboras pro corpore, si tantum labores pro anima, sapiens eris.

Sapiens

Sapiens non est qui nocet.

Ad omnia quæ agis, Deum invoca testem.

Deus bonos actus hominum confirmat.

Malorum actuum malus dæmon dux est.

Sapiens vir Deum hominibus commendat.

Deus super omnia opera sua, plùs super sapientem gloriatur.

Nihil tale post Deum verum sicut sapiens.

Quæcunque Deus possidet, hæc & sapiens.

Malus vir non putat esse providentiam.

Anima mala Deum fugit.

Omne quod malum est, Deo inimicum est.

Qui sapit in te, hunc dicito esse hominem.

Particeps Dei est vir sapiens.

Ubi est quod sapit in te, ibi est & bonum tuum.

Bonum in carne non quæras.

Quod animæ non nocet, nec homini.

Sapientem hominem tanquam Dei ministrum honora post Deum.

Tabernaculum quidem corporis graviter ferre superbum est.

Deponere autem posse, cum oportuerit, in pace, beatum est.

Mortis quidem ipse tibi causa non fias.

Si quis autem vult te corpore exuere, ne indigneris.

Sapientem si quis de corpore extrudat injustè, in iniquitate sua beneficium ei præstat, absolvitur enim tanquam è vinculis.

Hominem merus mortis contristat pro imperitia animæ.

Ferrum quo homines interimuntur optimum fuerat non fieri, factum tamen apud te non sit.

Nulla simulatio multo tempore latebit, maximè in fine.

Ut sunt mores tui, talis & vita tua: mors enim religiosi facit vitam beatam.

Qui cogitat adversùs alium mala, ipsa præveniens ipse perfert mala.

Ne te impediat à benefaciendo homo ingratus.

Optimè facultatibus utitur is, qui indigentibus libenter tribuit.

Fratrem volentem à fide recedere, hortare ne faciat, & si insanabilis sit, magis observa.

In fide conare omnes homines vincere.

Intellectum non priùs habebis quam intellexeris te habere.

Stude tuâ sorte contentus esse.

Membra corporis sarcina sunt iis qui eis non utuntur.

Ministrare aliis melius est, quàm ab aliis ministrari.

Quem Deus non emittit è corpore, ne graviter ferat.

Sententiam quæ misericordiam vetat, non solum non tenere sed audire refuge.

Qui dat aliquid & imputat, contumeliam magis quàm beneficium dedit.

Qui tuetur pupillos, erit multorum filiorum secundùm Deum pater.

Quicquid egeris causâ gloriæ, merces facti tui erit.

Si quid dederis ut hominibus innotescas, non homini, sed propriæ libidini præstitisti.

Ira-

Iracundiam multitudinis ne provoces in te.

Disce quod oportet fieri ut beatus fias.

Melius est fame mori, quàm per incontinentiam ventris maculare animam.

Vestimentum esse putato animæ corpus tuum, mundum igitur id conserva.

Qualia studia gesserit anima corpus inhabitans, tales habebit testes in judicio.

Immundam animam sibi dæmones immundi vendicant.

Fidelem animam & bonam in via Dei mali dæmones non impediunt.

Verbum de Deo non omni homini committas.

Non est tutum audire de Deo homines vanæ gloriæ jactantiâ corruptos.

De Deo etiam quæ vera sunt, loqui periculum est, & non parvum.

De Deo nihil dicas quod non didiceris à Deo: vel ei qui non credit, de Deo nihil loquaris.

Verbum verum ut Deum honora.

Si immunis non es à flagitiosis operibus, de Deo nihil disceptes.

Sermo verus de Deo, sermo Dei est.

Si scis quòd acceptum habent de te, quòd diligis Deum, hi qui te audiunt, tunc eis loquere de Deo.

Opera charitatis Dei procedant abs te, & tunc sermonem facito de Deo.

In multitudine dicere de Deo non audeas.

Verbum de Deo parciùs proferto quàm de anima. Melius est animam perdere, quàm verbum vanum de Deo proferre.

Viri amantis Deum, corporis potestatem habet leo, & tyrannus similiter.

Cùm tibi minatur tyrannus, cujus sis, tunc memor maximè esto.

Verbum de Deo reticere præstat magis, quàm temere proferre.

Qui dicit de Deo quæ non sunt, contra eum falsum loquitur.

Deum non cognovit, qui non colit.

Non est verum quòd Deum colat qui hominem lædit.

Fundamentum, & initium est cultûs Dei, amare Dei homines.

Qui hominum curam gerit, & orat Deum pro eis, iste verè à Deo esse putandus est.

Dei proprium est salvare, quos dignos judicat.

Cultoris autem Dei est orare Deum pro salute hominum.

Cum oranti tibi præstitum fuerit quod poposcisti à Deo, tunc tibi potestatem permissam à Deo intellige.

Dignus Deo homo, Deus est & in hominibus.

Melius est nihil habere, quàm multa habentem nemini impertiri.

Si non das egenti cùm poscit, non accipies à Deo cum poposceris.

Qui ex animo dat cibum indigenti, parùm quidem est quod dat, sed magna fiet ei bonæ voluntatis retributio.

Deum

Deum qui putat esse, & nihil ab eo curari, nihil differt ab eo, qui non credit esse Deum.

Optimè honorat Deum ille, qui mentem suam quantùm fieri potest similem Deo facit.

Deus quidem nequaquam eget, lætatur tamen super his qui indigentibus tribuunt.

Fidelium pauca sint verba, opera autem multa.

Fidelis qui libenter vult doceri, operarius efficietur veritatis.

Præpara & apta te ad tribulationes, & lætus eris.

Neminem lædens nullum timebis.

Tyrannus beatitudinem non aufert.

Quod fieri necesse est voluntariè sacrificato.

Quod non oportet fieri, nullo modo facias.

Omnem magis causam refer ad Deum.

Nemo sapiens est qui deorsum respicit in terram.

Immensa amatoris sapientiæ libertas non sit in homine, sed in anima.

Mentiri, in vita decipere est, & decipi.

Quid sit Deus agnosce, & quid in te quod agnoscit Deum.

Dei opus bonum, homo bonus.

Sine Deo sunt hi, pro quibus verbum Dei maledicitur.

Animam mors non perdit, sed mala vita.

Si scis à quo factus es teipsum agnoscis.

Non est secundùm Deum vivere, nisi pudicè, & bene, & justè quis agat.

Hominum infidelium vita opprobrium est.

Animam de terra fides elevat ad Deum.

Animæ sapientis magnitudinem non invenies, sicut nec Dei quidem.

Quæcunque dat mundus, nemo firmiter tenet.

Quæcunque dat Deus, nemo auferre potest.

Divina sapientia vera est scientia.

Immundæ animæ ne audeas loqui de Deo.

Viri periculum in operibus primò sicut in verbis facito.

Aures tuas non omnibus committas.

Operari quidem Deo omnibus facile est, dicere autem de Deo soli justo permittendum.

Non cruciet anima tua corpus tuum; neque animam tuam libido corporis.

Insuesce teipsum quidem corpori præbere quæ sua sunt castè, & animæ quæ sua sunt piè.

Pasce animam tuam verbo Dei, & corpus simplicibus cibis.

Illis insuesce animam tuam gaudens in quibus rectè gaudeat. Anima quæ iniquis rebus gaudet, indigna est apud Deum.

Sapientis anima audit Deum, sapientis anima aptatur à Deo, sapientis anima semper est cum Deo.

Cor diligentis Deum in manu Dei stabilitum est.

Animæ ascensus ad Deum per Dei verbum est.

Sapiens sequitur Deum, & Deus animam sapientis.

Gau-

Gaudet rex ſuper his quos regit, gaudet ergo Deus ſuper ſapiente. Inſeparabilis eſt & ab his quos regit ille qui regit, ita ergo & Deus ab anima ſapientis quam tuetur & regit.

Regitur à Deo vir ſapiens, & idcirco beatus eſt.

Anima ſapientis ac mens Deo probatur.

Sapiens vir & cùm tacet honorat Deum.

Venerem & ea quæ ſub alvo ſunt non continens, nec fidelis. Homo incontinens polluit Deum.

Hominem ſcientia Dei paucis verbis uti facit.

Multis verbis uti de Deo ignorantia Dei facit.

Homo qui Dei cognitionem habet non multâ ambitione utitur.

Qui electus Dei eſt, facit quidem omnia ſecundùm Deum, eſſe autem ſeipſum non jactat.

Fidelis homo ſemper in metu eſt uſquequo eat ad Deum.

Homo qui ſecundo ſatiatur cibo, non dormit noctu, nec concubitum effugit, ſed nec dignus eſt apud Deum.

Alioquin & Deus graviter fert libidines corporis.

Fidelis vir continentiâ paſcitur.

Sapientem fatum non facit, gratia enim Dei fato non ſubjacet.

Agnoſce qui ſunt filii Dei in creaturis ejus, & honora unumquemque pro merito poſt Deum.

Nil proprium Dei dicas quod malum eſt.

Fidelis anima & caſta & ſapiens, Propheta veritatis Dei eſt.

Non amabis Dominum Deum niſi habueris in te aliquid ſimile Dei.

Amicum deputa ſimilem ſimili tantummodo.

Si non diligis Deum, non ibis ad Deum.

Conſueſce teipſum ſemper reſpicere ad Deum.

Intuendo Deum videbis Deum.

Videns Deum facies mentem tuam qualis eſt Deus.

Excole quod intra te eſt, nec ei ex libidine corporis contumeliam facias.

Incontaminatum cuſtodi corpus tuum, tanquam ſi indumentum acceperis à Deo, & ſicut veſtimentum corporis immaculatum ſervare ſtude.

Sapiens mens ſpeculum eſt Dei.

FINIS.

ΠΥΘΑΓΟΡΙΚΩΝ

ΤΙΝΩΝ

ΣΥΓΓΡΑΜΜΆΤΩΝ

ἈΠΟΣΠΑΣΜΆΤΙΑ.

EX QUORUNDAM

PYTHAGOREORUM

LIBRIS FRAGMENTA,

In quibus de Philoſophia
Morali agitur.

E STOBÆO desumpta sunt hæc

Hippodami,	*Sermone* CI
Euryphami,	*Eodem*
Hipparchi,	*Serm.* CVI
Archytæ,	*Serm.* I
Theagis,	*Eodem*
Metopi,	*Eodem*
Cliniæ,	*Eodem*
Theagis,	*Eodem*
Archytæ,	*Eodem*
Critonis,	*Sermone* III
Archytæ,	*Serm.* III & XLI
Poli,	*Serm.* IX.

Vertit ea in Latinum sermonem GULIELMUS CANTERUS, & Notas addidit.

Annectuntur autem

Incerti cujusdam dissertationes.
Archytæ fragmenta ex Jamblichi protrept.
Pythagoræ Epistolæ II.
Lysidis Epistola.
Theanûs Epist. III.
Melissæ Epistola.
Myæ Epistola.

EX HIPPODAMO Thurio, Pythagoréo, in libro De felicitate.

ἘΚ ΤΩ͂Ν ἹΠΠΟΔΆΜΟΥ Θουρίου, τοῦ Πυθαγορείου, ἐν τῷ περὶ εὐδαιμονίας.

DE FELICITATE, CEU FINE.

GULIELMO CANTERO *Interprete.*

ANIMALIA beatitudinis alia capacia sunt, alia non sunt. Capacia sunt ea, quæ ratione sunt prædita: quandoquidem beatitudo sine virtute subsistere non potest: virtus autem in eo, quod rationis est compos, cernitur. Capacia non sunt, quæ ratione carent. Etenim nec quod visu caret, visûs aut operis aut virtutis est capax: nec quod rationis est expers, ratione præditi vel opus vel virtutem potest capere. At beatitudo & virtus ratione prædito, illa tanquam opus, hæc tanquam ars quædam est. Jam ratione prædita quædam ipsa perfecta sunt, quæ per se sunt perfecta, nec ullâ re externâ

αὐτὰ τέλῃά ἐντι, καὶ οὐδενὸς

ΤΩ͂Ν ζώων τὰ μὲν ἐντὶ δεκτικὰ τᾶς εὐδαιμονίας· τὰ δὲ, ἄδεκτα. καὶ δεκτικὰ μὲν ὅσα λόγον ἔχει· (ἁ μὲν γὰρ εὐδαιμονία, οὐκ ἄτερθεν ἀρετᾶς· ἁ δὲ ἀρετὰ ἐγγίνεται τῷ λόγον ἔχοντι πρᾶτον) ἄδεκτα δὲ [1] ὅσα λόγον οὐκ ἔχει. οὔτε γὰρ τὸ ὄψιος ἄμοιρον, δέχεται τᾶς ὄψιος ἔργον, ἢ τᾶς ὄψιος ἀρετάν· οὔτε τὸ λόγω ἄμοιρον, τὸ τῶ λόγον ἔχοντος ἔργον, ἢ τὰν τῶ λόγον ἔχοντος ἀρετάν. ἁ δ' εὐδαιμονία καὶ ἀρετὰ τῶ λόγον [2] ἔχοντι, τὰ μὲν ὡς ἔργον, τὰ δὲ ὡς τέχνα τὶς ἐντί. τῶν δὴ λόγον ἐχόντων ζώων, τὰ μέν ἐντι αὐτοτέλῃα, ὅσα δι' ἐπιδεῆ τῶν ἔξωθεν, οὔτε ποτὶ τὸ ἦμεν,

1 ἄδεκτα δὲ.] *Locum mutilum sic restituimus, cùm priùs legeretur*, ἄδεκτα δὲ, ὄψιος ἔργον, *&c.*

2 Ita hoc loco scribendum, hoc sensu: Beatitudo & virtus ratione prædito competunt; illa (beatitudo) tanquam opus (cui consequendo omnes homines intenti sunt) hæc (virtus) tanquam ars quædam, (quâ beatitudo vera adquiritur.) Gesnerus edidit, ἁ δ' εὐδαιμονία καὶ ἀρετὰ τῶ λόγον ἔχοντι κτώμενος ἔργον· τῶ δὲ ὡς ἔκνα τίς ἐντι. Inde Canterus fecit: ἁ δ' εὐδαιμονία καὶ ἀρετὰ τῶ λόγον ἔχοντος τὸ μὲν ὡς ἔργον, τὸ δὲ ὡς τέχνα τίς ἐντι. Benè quidem, τέχνα pro τέκνα. sed male mutavit ἔχοντι in ἔχοντος. & particularum scripturam Doricam non observavit. Hic enim τὰ μὲν, τὰ δὲ, singulari numero, pro ἡ μὲν, ἡ δὲ usurpantur. Sic enim paullò post hic invenimus: συμπεραίνει δὲ τὰς πράξιας ἀρετὰ καὶ τύχα. τὰ μὲν ἀρετὰ, κατὰν χρῆσιν· τὰ δ' εὐτυχία, κατὰν κατόρθωσιν. *M. Meibom.*

3 ἐπι-

ἦμεν, οὔτε ποτὶ τὸ καλῶς ἦμεν. τοιοῦτος δέ κεν εἴη ὁ θεός. οὐκ αὐτοτέλεα δὲ, ὅσα μὴ δι' αὐτὰ τέλεά ἐντι, ποτιδέεται δὲ τᾶς ἔξωθεν αἰτίας. τοιοῦτος δέ κεν εἴη ὁ ἄνθρωπος. τῶν δὴ οὐκ αὐτοτελέων, τὰ μέν ἐντι τέλεα, τὰ δ' οὐ τέλεα. καὶ τέλεα μὲν, ὅσα καὶ παρὰ τὰν αὐτῶν αἰτίαν, καὶ παρὰ τὰς ἔξωθεν αἰτίας γίνονται. καὶ παρὰ μὲν τὰν αὐτῶν, τῷ καὶ φύσιν ἀγαθὰν καὶ προαίρεσιν ποτενέγκασθαι· παρὰ δὲ τὰς ἔξωθεν, τῷ εὐνομίαν καὶ ἐπισάτας ἀγαθὼς λαβεῖν. [3] οὐ τέλεα δὲ, τὰ ἤτοι μηδετέρω τούτων κοινωνάσαντα, ἢ τινὸς αὐτῶν, ἢ τὸ καθόλου φαῦλα ὑπάρχοντα· καττόν γε τρόπον τᾶς ψυχᾶς. [4] τοιοῦτος δὲ καὶ εἴη θάτερος ἄνθρωπος. τῶν δὲ τελέων ἀνθρώπων δοιαὶ διαφοραί. τοὶ μὲν γὰρ ἐντὶν αὐτῶν καττὰν φύσιν τέλειοι· τοὶ δὲ, καττὸν βίον. καὶ καττὰν φύσιν μὲν, μόνοι τοὶ ἀγαθοί. οὗτοι δὲ κ' εἶεν, τοὶ ἔχοντες τὰν ἀρετάν· [5] ἃ γὰρ ἀρετὰ τᾶς ἑκάςω φύσιος καὶ ἀκρότας, καὶ τελειότας ἐντί. ἃ μὲν τῷ ὀφθαλμῷ, τᾶς τῷ ὀφθαλμῷ φύσιος ἀκρότας καὶ τελειότας· ἃ δὲ τῷ ἀνθρώπω, τᾶς τῷ ἀνθρώπω φύσιος καὶ ἀκρότας καὶ τελειότας. καττὸν βίον δὲ τέλειοι, τοὶ μὴ μόνον ἀγαθοὶ ὄντες, ἀλλὰ καὶ εὐδαίμονες. ἃ μὲν γὰρ εὐδαιμονία, τελειότας ἐντὶ

[1] Ἀνωνύμ.] Mirum, *Henricum Stephanum*, qui primus hoc fragmentum in lucem emisit, ne verbo unico præfatum esse unde desumpserit. Credo equidem excerptorem aliquem illud Authoris nomine non affixo conservâsse, è majori libro depromptum; etenim Author ipse se de industria non celavit, qui nomen suum in Capite quarto interseruisse videtur, ἐπεὶ τοι κ᾽ ἐξῆς καθήκοι ἂν λέγειμεν Μίμας εἰμὶ, τὸ αὐτὸ μὲν πάντες ἐρέμεν, ἀλαθὴς δ᾽ μόνω ἐγὼ, ἐπεὶ κ᾽ εἰμί· Mimantis igitur cujusdam sunt hæ dissertationes, etsi tantùm non nobis æquè ac priùs ignoti: nam Virum talem scriptores nunquam memorant quibuscum ego versatus sum. E Sicilia aut Italia oriundum meritò suspicemur, ideóque Pythagoreum, etsi Jamblichi Catalogo non repertum, tam quia Dorismo involutus, quàm quòd tam solenni more ac particulari, ἐν τῇ ἑλλάδι ὑπὸ τῶν φιλοσοφέντων, opiniones istas prævalere dixit, quod non facturum puto, si istam patriam suam agnoverat. Antiquum maximè se prodit multis indiciis. Etenim victoriam quam de Atheniensibus & sociis reportârunt Lacedæmonii tanquam novum quid ac recenter acquisitam ponit. καὶ τὰ νίσια (τὰ νικᾶσι lego) φέρονται ἐρῶ. αὐτῶν Λακεδαιμονίων νίκα ἐν ᾇ εἰκὼν τῶς Ἀθηναίως κ᾽ τῶς συμμάχως —— Hanc si ad postremam referamus quam tulerunt Lacedæmonii, videlicet ad Ægos Potamos obtentam, in Olympiade nonagesima tertia collocanda est. Tum verò cùm asserat βασιλῆα τον μέγαν κὠδὲν κωλύει ἐμοίως λέγεσθαι τῆς πόλεως, constat Persarum imperium nondum eversum. Sed & Sophistas etiamnum docentes tradit, & sanè quæ hic affert & contra quæ disputat jejunam ipsorum ἐριστικὴν sapiunt & inanes captiunculas quibus adversarios irretire conati sunt.

[2] διττοὶ λόγοι.] Eodem sensu usurpavit λόγον Maximus. πρεὶ μὲν διαιρέσεων ἀμετρήτων λόγον λόγῳ φέρω κ᾽ ἀνέχομαι τὴν φάσιν· Diss. 1.

[3] τὸ

num aliud malum: quidam verò idem utrumque; sed his bonum illis malum; eidémque homini quandoque bonum quandoque malum. Ego certè hisce assentior, res illas perpendens quarum studiosa est humana

ἀγαθὸν, ἄλλο δὲ, τὸ κακόν· ἢ τοὶ δὲ, ὡς τὸ αὐτό ἐστι, καὶ τοῖς μὲν ἀγαθὸν εἴη, τοῖς δὲ κακόν· καὶ τῷ αὐτῷ ἀνθρώπῳ, τοτὲ μὲν ἀγαθὸν, τοτὲ δὲ κακόν. ἐγὼ δὲ καὶ αὐτὸς τοῖσδε ποτιτίθεμαι· σκέψομαι δὲ ἐκ τῶν ἀνθρωπίνων βίων,

ἢ τοὶ δὲ, ὡς τὸ αὐτό ἐστι.] In quatuor primis Diss. eundem planè modum adhibet Author. De omnibus eadem proponit & simili ratione diluit. Ut igitur ritè intelligatur, hujusce quæstionis Originem altiùs deducam. Heraclitus illud placitum invexit, πάντα ῥεῖν ποταμὸν δίκην ut effert Diogenes, Plato autem οἷον ῥεύματα κινεῖσθαι πάντα, qui dein fusiùs explicat in Theæt. ὡς ἄρα ἓν μὲν αὐτὸ καθ' αὑτὸ, οὐδὲν ἔστιν· οὐδ' ἂν τι ποιοῖτο ὀρθῶς οὐδ' ὁποιονοῦν τι, ἀλλ' ἐὰν ὡς μέγα προσαγορεύσῃς, καὶ σμικρὸν φανεῖται· καὶ ἐὰν βαρὺ, κοῦφον· ξύμπαντά τε ὕτως ὡς μηδενὸς ὄντος ἑνὸς μήτε τινὸς μήτε ὁποιοῦ· ἐκ δὲ φορᾶς τε καὶ κινήσεως καὶ κράσεως πρὸς ἄλληλα γίγνεται πάντα ἃ δὴ φαμὲν εἶναι, οὐκ ὀρθῶς προσαγορεύοντες· ἔστι μὲν γὰρ οὐδέποτε οὐδὲν, αἰεὶ δὲ γίγνεται. *Unum quippiam ipsum quidem ex seipso nihil esse, neque rectè quiddam aut quale quid nuncupaveris: sed si magnum appellaveris parvum videtur, si grave, leve. Itaque adeò omnia ut neque unum, neque quiddam, neque quale quicquam sit; at ex latione & motione & mixtione inter se, omnia fiunt quæ existere affirmamus, non recto quidem vocabuli usu. Nihil enim unquam est, semper verò fit.* Hanc sententiam tanto studio complexi sunt plures, ut planè in sectam etsi à recentioribus non numeratam transirent, ὡς καὶ αἱρεσιώτας ἀπ' αὐτοῦ γεγενῆσθαι τοὺς καλουμένους Ἡρακλειτείους, ut ait Diogenes, & consentiunt Aristoteles & Plato: qui etiam addit, πολλῶν καὶ δεινῶν φαύλων ὄντων, ἀλλὰ μὲν οὖν τόν γε Ἰωνίαν ὑπεδέξατο πᾶν μᾶλλον· οἱ γὰρ τῶν Ἡρακλείτου ἑταίρων χρηγῶσι πάντα τῷ λόγῳ μάλα ἐρρωμένως. In partes etiam suas trahebant Homerum, eo quòd dixit, πάντα ἴκελα ῥοῇσι καὶ κινήσεως, in eo versu, Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν καὶ μητέρα Τηθύν nec non Epicharmum, Empedoclem, & cæteros, uti referunt Plato in Theæt. Aristoteles in quarto Metaph. Plato ipse ab Heraclito αἰσθητικὰ desumpsit, indeque partem alteram celeberrimæ divisionis in Timæo transtulit, τὸ γεγενημένον μὲν, ὂν δ' οὐδέποτε, & γεγενημένον μὲν, ἀπολλύμενον, ὄντως δὲ οὐδέποτε ὄν. Eáque de causa ideas suas introduxit, ne cum omnia ita fluunt & dilabuntur, nullâ scientiâ comprehendi possent: Teste Aristot. Metaph. *l.* 11. *c.* 4. σωζέσθω δ' ἡ περὶ τῶν εἰδῶν δόξα, τοῖς εἰποῦσι, καὶ τὸ πεισθῆναι περὶ τῆς ἀληθείας τοῖς Ἡρακλειτείοις λόγοις, ὡς πάντων τῶν αἰσθητῶν ἀεὶ ῥεόντων· ὥστε εἰ ἄρα ἐπιστήμη τινὲς ἔσται καὶ φρόνησις, ἑτέρας δεῖν τινὰς φύσεις εἶναι παρὰ τὰς αἰσθητὰς, μενούσας· οὐ γὰρ εἶναι τῶν ῥεόντων ἐπιστήμην. Sed mirum in modum, sensum Heracliti adauxit Protagoras, inde corollarium hoc deducens πάντων χρημάτων μέτρον ἄνθρωπον εἶναι· τῶν μὲν ὄντων, ὡς ἔστι, τῶν δὲ μὴ ὄντων, ὡς οὐκ ἔστι. Qualia cuique videntur, talia reipsâ sunt omnia. Ita pluribus exponit Plato, ἀρ' οὐκ εἰσί τινες πάντες ἀνίμου τὰ αὐτὰ, ὁ μὲν ἥμιονον εἰρηκώς· ὁ δ' ὅς· καὶ ὁ μὲν ἠπιώτατα, ὁ δὲ σφόδρα; καὶ μάλα· πότερον οὖν τό τε αὐτὸ ἑαυτῷ τὸ πνεῦμα ψυχρὸν ἢ οὐ ψυχρὸν φήσομεν; ἢ πειρώμεθα τῷ Πρωταγόρᾳ, ὅτι τῷ μὲν ῥιγοῦντι ψυχρὸν, τῷ δὲ μή, καί; *Nonne eodem aliquando vento flante, nostrûm quidem alius friget, alius non. ille quidem leniter, ille vehementer? omnino. Utrum igitur statuerimus ventum in seipso tunc frigidum, vel non frigidum? an potiùs Protagoræ credemus, ei quidem qui frigeat, frigidum, qui non, nec item.* Quæ autem de frigido disserit Protagoras, ad *bonum*

βίω, [4] ὧν ἐπιμελὲς, βρώσιός τε καὶ πόσιος καὶ ἀφροδισίων. ταῦτα γὰρ ἀσθενοῦντι μὲν κακά ἐστιν, ὑγιαίνοντι δὲ καὶ δεομένῳ, ἀγαθά. καὶ ἀκρασία τοίνυν τούτων, τοῖς μὲν ἀκρατέσι, κακόν· τοῖς δὲ ἰατροῖς, ἀγαθόν. [5] ὁ τοίνυν θάνατος, τοῖς μὲν ἀποθανοῦσι κακὸν, τοῖς δ' ἐνταφιοπώλαις καὶ τυμβοποιοῖς ἀγαθόν. γεωργία τε καλῶς ἐξενείκασα τὼς καρπὼς, τοῖς μὲν γεωργοῖς ἀγαθὸν, τοῖς δὲ ἐμπόροις κακόν. τὰς τοίνυν ὁλκάδας συντρίβεσθαι καὶ παραθραύεσθαι, τῷ μὲν ναυκλήρῳ κακὸν, τοῖς δὲ ναυπηγοῖς ἀγαθόν. ἔτι, τὸν σίδηρον κατέσθεσθαι καὶ ἀμβλύνεσθαι καὶ συντρίβεσθαι, τοῖς μὲν ἄλλοις κακὸν, τῷ δὲ χαλκῆϊ, ἀγαθόν. καὶ μὰν τὸν κέραμον παραθραύεσθαι, τοῖς μὲν ἄλλοις κακὸν, τοῖς δὲ κεραμεῦσιν, ἀγαθόν. τὰ δὲ διαῤῥήγνυσθαι, τοῖς μὲν ἄλλοις κακὸν, τῷ δὲ σκυτῆϊ ἀγαθόν. [6] ἐν τοίνυν τοῖς ἀγῶσι τοῖς γυμνασικοῖς καὶ τοῖς μωσικοῖς καὶ τοῖς πολεμικοῖς, αὐτίκα ἐν τῷ γυμνικῷ τῷ σταδιοδρόμῳ ἡ νίκα, τῷ μὲν

vita, scilicet cibum, potum & Venerem: Hæc enim ægrotanti mala, sano autem & indigo bona; & horum usus nimius, ipsis incontinentibus malum, sed medicis bonum. Imò mors obeuntibus quidem malum, sed libitinariis & tumulos struentibus bonum: & quòd ex cultura terra feliciter emittat fructus, agricolis bonum, mercatoribus verò malum: ut conterantur navigia & diffringantur, naviculario malum, naupegis tamen bonum. Porro ut ensis rubigine corrodatur, obtusus fiat, & comminuatur, aliis quidem malum, fabro ærario bonum: & ut fictilia frangantur, cæteris quidem malum, figulis verò bonum: Ut atterantur calcei & disrumpantur, aliis certè malum, at sutori bonum. In certamine sive gymnastico sive musico seu militari, exempli causâ, in stadiocursorio gymnico victoria ὑποδήματα κατατρίβεσθαι καὶ κακὸν, τῷ δὲ σκυτῆϊ ἀγαθόν.

& *malum*, *justum* & *injustum*, *ad verum* & *falsum* applicavit, uti in locis suis ostendam. Videtis ergò contra quos disputat Mimas. si ita appellare liceat, forsan ipsius ævo jam florentes: & sanè licèt jejunæ nobis sub luce majori videantur Quæstiones, non ita olim: quas tam celebri Authore natas, tam acriter à multis defensas, tanta pompâ, reverentiâ tantâ exagitârunt Plato & Aristoteles.

4 ὧν ἐπιμελὲς.] lego ὠφελὲς, ut cum sensu congruat.

5 ὁ τοίνυν θάνατος.] Multas ubique instantias congerit & inducit, Socratico planè more.

6 ἐν τοῖς ἀγῶσι τοῖς γυμνασικοῖς καὶ τοῖς μωσικοῖς.] Sæpe hæc duo connectuntur, ποιεῖν ἀγῶνας μωσικὰς καὶ γυμνικὰς, Aristoph. Plut. nempe in quibus tota disciplina sive παίδευσις Ἑλληνικὴ consistebat. Etenim unum, ad corpus, alterum, ad animum retulerunt. τὰ δ' μαθήματα διττὰ, ὡς γε εἰπεῖν, χρήσαιθ' συμβαίνοι ἄν· τὰ μὲν γὰρ τὸ σῶμα γυμναστικὴς, τὰ δ' εὐψυχίας χάριν, μωσικῆς. Plat.

vincenti bonum, devictis verò malum. Eadémque obtinet ratio inter pugiles & luctatores, nec non muſicos omnes; Nam ad citharam modulatio vincenti bonum, ſuperatis autem malum. Sic etiam in bello: & recentiora primùm narro: Lacedæmoniorum victoria quam de Athenienſibus & fœderatis reportârunt, ipſis quidem bonum, Athenienſibus & ſociis malum. Et victoria quâ Græci Perſas fuderunt, ipſis bonum, at barbaris malum: Sic Ilii expugnatio Achæis bonum, Troibus malum. Eadem dicantur de miſeriis quæ Thebanis & Argivis contigerunt. Inſuper, quod inter Lapithas & Centauros gerebatur bellum, Lapithis quidem bonum, Centauris verò malum. Pugna etiam quam Deos cum gigantibus habuiſſe ferunt, & ſecuta victoria Diis ſanè

μὲν νικῶντι ἀγαθὸν, τοῖς δὲ ἡσσαμένοις, κακόν. καὶ τοῦτο δὲ καὶ τοὶ παλαισταὶ καὶ πύκται, καὶ τοὶ ἄλλοι πάντες μωσικοί. αὐτίκα αἱ κιθαρῳδίαι τῷ μὲν νικῶντι ἀγαθὸν, τοῖς δ' ἡσσαμένοις, κακόν. ἔν τε τῷ πολέμῳ καὶ [7] τᾷ νεότατι πρῶτον ἐρῶ. αὐτῶν Λακεδαιμονίων νίκα, ἐν ᾇ ἐνίκων τὼς Ἀθηναίως καὶ τὼς συμμάχως, Λακεδαιμονίοις μὲν ἀγαθὸν, Ἀθηναίοις δὲ καὶ τοῖς συμμάχοις κακόν. [8] ἄτε νίκα ἄν τε Ἕλλανες τὸν Πέρσαν ἐνίκασαν, τοῖς μὲν Ἕλλασιν ἀγαθὸν, τοῖς δὲ βαρβάροις κακόν. αἱ τοίνυν τοῦ Ἰλίου αἵρεσις, [9] τοῖς μὲν Ἀχαιοῖς ἀγαθὸν, τοῖς δὲ Τρωσὶ κακόν. καθδὲ ταυτὸ καὶ τὰ τῶν [10] Θηβαίων καὶ τὰ τῶν Ἀργείων πάθη. καὶ αἱ τῶν Κενταύρων καὶ Λαπιθῶν μάχη, τοῖς μὲν Λαπίθαις ἀγαθὸν, τοῖς δὲ Κενταύροις κακόν. καὶ μὰν καὶ αἱ τῶν θεῶν καὶ γιγάντων λεγομένα μάχα καὶ νίκα, τοῖς μὲν θεοῖς ἀγα-

Plat. leg. l. 7. In tertio autem de Repub. fuſiùs diſſerit quàm neceſſariò conjungenda utraque diſciplina. In Panathenæis muſica certamina primò inſtituit Pericles, καθότι καὶ τὼς ἀγωνιζομένους αὐλεῖν ἢ ᾄδειν ἢ κιθαρίζειν, Plutarch. in ejus vita.

7 τᾷ νεότατι.] τὸ νέον τι habet alia Editio, quæ magis congruit. ſic enim νέον pro adverbio ſumetur, τι verò independenter, ut loquuntur Grammatici. Ego certè ita emendarem, τὸ νεωστί. Senſus clariſſimus. Nam bella hæc enumerat pro temporis ordine quo gerebantur, noviſſima primò narrans deinde ad remotiora aſſurgens.

8 ἄτε νίκα ἄν τε Ἕλλανες τὸν Πέρσαν.] Inſignem illam, ut puto, innuit victoriam, quæ uno eodémque die & apud Platæas & Mycalen Joniæ Græcos coronavit, quæque bello Perſico finem impoſuit. Herod l. 9.

9 τοῖς μὲν Ἀχαιοῖς.] non Ἕλλασιν, ut ante: Nam hæc appellatio pro tota Græcorum gente tunc nondum invaluit, nec unquam apud Homerum invenitur, uti etiam obſervat Thucyd. l. 1. Ἀχαιὸς communiter vocat Homerus.

10 Θηβαίων καὶ τὰ τῶν Ἀργείων πάθη.] Reſpicit Author in Thebanis infortunia, quæ Oedipo & filiis contigerunt; in Argivis ea quæ Agamemnoni & Oreſti, apud Tragicos declamatiſſima.

ἀγαθὸν, τοῖς δὲ γίγασιν κακόν.

Ἄλλος δὲ λόγος λέγεται, ὡς ἄλλο μὲν τἀγαθὸν εἴη, ἄλλο δὲ, τὸ κακὸν, διαφέρον, ὥσπερ καὶ τῶνυμα, οὕτω καὶ τὸ πρᾶγμα. ἐγὼ δὲ καὶ αὐτὸ τοῦτον διαιρεῦμαι τὸν τρόπον. δοκῶ γὰρ οὐ διάδηλον ἡμεν ποῖον ἀγαθὸν καὶ ποῖον κακὸν, αἰ τὸ αὐτὸ καὶ μὴ ἄλλο ἑκάτερον εἴη· καὶ γὰρ θαυμασόν κ' εἴη οἶμαι δὲ οὐδέ κ' αὐτὸν ἔχειν ἀποκρίνασθαι, αἴ τις αὐτὸν ἔροιτο, τὸν ταῦτα λέγοντα, Εἰπὸν δή μοι, ἤδη τι τὼς γονέας ἀγαθὸν ἐποίησας; Φαίη κα, Καὶ πολλὰ καὶ μεγάλα. Τὰ ἆρα κακὰ καὶ μεγάλα καὶ πολλὰ τούτοις ὀφείλεις, αἴπερ τωὐτόν ἐσι τὸ ἀγαθὸν τῷ κακῷ. Τί δὲ, τὼς συγγενέας ἤδη τι ἀγαθὸν ἐποίησας; τὼς ἄρα συγγενέας κακὸν ἐποίεις. Τί δὲ τὼς ἐχθρὼς ἤδη κακῶς ἐποίησας; καὶ πολλὰ καὶ μεγάλα ἄρα ἀγαθὰ ἐποίησας. [11] ἄγε καὶ δή μοι καὶ τόδε ἀπόκριναι, Ἄλλο τι ἢ τὼς πτωχὼς οἰκτείρεις, ὅτι πολλὰ καὶ μεγάλα ἔχοντι· πάλιν εὐδαιμονίζεις, ὅτι πολλὰ καὶ ἀγαθὰ πράσσοντι, αἴπερ τωὐτὸν καὶ κακὸν καὶ ἀγαθόν. [12] τὸν δὲ βασι-

bonum, sed gigantibus malum.

Altera sententia, diversum quid bonum, diversum malum affirmat, non nomine magis quàm re ipsa distinguendum. Ego verò illud hoc modo dijudico. Credo equidem, nobis non posse constare, quæ res bona quæve mala, si idem esset utrumque non diversum quid; & illud meritò miretur quispiam. Nec puto habiturum quod respondeat, si quis hæc dicentem ita interrogaret. Dicas obsecro mihi, an quid boni parentibus præstitisti? reponet forsan, Imò multa & præclara. Tu igitur illis pœnas multorum ac gravium malorum debes, si idem bonum malúmque censendum est. Quid autem, propinquos bono quopiam affecisti? Eosdem igitur & malo. Quid dein, an hostibus quid mali intuleris? Etiam & illos multis & præclaris bonis cumulâsti. Age verò & illud aliud responde, quare vel pauperes misereris, eò quòd multis & ingentibus malis opprimuntur, vel rursus divites beas, quòd bene & prospere agant, si idem bonum & malum? Profectò nihil obstat quin rex

βασι-

11 Ἄγε καὶ δή.] In hoc loco quædam omitti, & puncta transponi videntur. quem ita restituo. ἄγε δή μοι καὶ τόδε ἀπόκριναι ἄλλο, τί ἢ τὼς πτωχὼς οἰκτείρεις, ὅτι πολλὰ καὶ μεγάλα κακὰ (interponendum enim proculdubiò) ἔχοντι; ἢ πάλιν πλουσίως (delendum fortè πάλιν) ὅτι πολλὰ καὶ ἀγαθὰ πράσσοντι αἴπερ τωὐτὸν καὶ κακὸν καὶ ἀγαθόν.

12 τὸν δὲ βασιλῆα τὸν μέγαν.] Ita Persarum regem appellabant non adjecto nomine, uti ubique constat in Græcorum scriptis. Ego unum tantùm appo-

magnus Persarum eâdem versetur conditione cum egenis; Nam multa & magna bona quibus abundat, in ejusdem gravitatis mala transibunt, si idem bonum malúmque. Hæc ad rem generaliter sumptam dicta sufficiant. Sed & singula illa percurro, à cibo, potu & Venere incœptans. Infirmis bonum est hæc omnia pro libitu usurpare, si idem bonum & malum: paríque ratione ægrotantibus morbus ac firma valetudo perinde bona sunt. Hoc autem ad cætera omnia applicandum quæ in isto priore sermone conduntur. Interim tamen quid bonum sit & malum non determino, illud solùm probare annixus ad idem utrumque non posse referri, sed alterutrum tantùm.

βασιλῆα τὸν μέγαν οὐδὲν κωλύει ὁμοίως διακεῖσθαι τοῖς πτωχοῖς. τὰ γὰρ πολλὰ καὶ μεγάλα ἀγαθὰ αὐτῷ, πολλὰ κακὰ καὶ μεγάλα ἐςὶν, αἴκα τὠϋτόν ἐςιν τἀγαθὸν καὶ κακόν. καὶ τάδε μὲν περὶ τῶ παντὸς εἰρήσθω. εἶμι δὲ καὶ καθ' ἕκαςον, ἀρξάμενος ἀπὸ τῶ ἐσθίεν καὶ πίνεν καὶ ἀφροδισιάζεν. τοῦτο γὰρ τοῖς ἀσθενέουσι ταῦτα ποιὲν, ἀγαθόν ἐςιν αὐτοῖς, αἴπερ τὠϋτόν ἐςιν ἀγαθὸν καὶ κακόν· καὶ τοῖς νοσέουσι, κακόν ἐςι τὸ νοσὲν καὶ ἀγαθὸν, αἴπερ τὠϋτόν ἐςι τὸ ἀγαθὸν τῷ κακῷ. καδδὲ τόδε καὶ τἄλλα πάντα τὰ ἐν τῷ ἔμπροσθεν λόγῳ εἴρηται. καὶ οὐ λέγω τί ἐςι τὸ ἀγαθὸν, ἀλλὰ τοῦτο πειρῶμαι διδάσκειν, ὡς οὐ τὠϋτὸν εἴη κακὸν καὶ ἀγαθὸν, ἀλλ' ἑκάτερον.

apponam exemplum ex Arist. Achar. Ἐπέμψαθ' ἡμᾶς ὡς βασιλέα τὸν μέγαν.

Diss. II. de Honesto & Turpi.

DUO etiam feruntur sermones de Honesto & Turpi. Nam quidam aliud esse honestum asserunt, aliud turpe, tam re quam nomine distinguendum: Quidam verò idem utrumque, cujus sententiæ modum explicare conabor. Ut igitur formosus puer Amatori probo gratificetur, hone-

ΛΈΓΟΝΤΑΙ δὲ καὶ περὶ τῶ καλῶ καὶ αἰσχρῶ δισσοὶ λόγοι. τοὶ μὲν γὰρ φαντὶ ἄλλο μὲν ἦμεν τὸ καλὸν, ἄλλο δὲ τὸ αἰσχρὸν, διαφέρον ὥσπερ καὶ τὤνυμα, οὕτω καὶ τὸ πρᾶγμα· τοὶ δὲ, τὠϋτὸ καλὸν καὶ αἰσχρόν. κἀγὼ πειρασοῦμαι, τόνδε τὸν τρόπον ἐξαγεύμενος. αὐτίκα γὰρ παιδίῳ ὡραίῳ ἐραςᾷ μὲν χρηςῷ [1] χαρίζεσθαι, καλὸν, [2] μὴ

1 χαρίζεσθαι. Sumitur verbum sæpius ita, *in nefando scelere obsequi, corpus prestituere.* Ἐν πολλοῖς τῶν πόλεων, inquit Xenophon, οἱ νόμοι οὐκ ἐναντιοῦν-

[2] μὴ ἐραστῇ δὲ καλῷ, αἰσχρόν. καὶ τὰς γυναῖκας λοῦσθαι ἔνδον, καλόν· ἐν παλαίστρᾳ δὲ, αἰσχρόν· ἀλλὰ τοῖς ἀνδράσιν ἐν παλαίστρᾳ καὶ ἐν γυμνασίῳ, καλόν. καὶ συνίμεν τῷ ἀνδρὶ, ἐν ἀσυχίᾳ μὲν, καλόν, ὅπου τοίχοις κρυφθήσεται· [3] ἔξω δὲ, αἰσχρὸν, ὅπου τὶς ὄψεται. καὶ τὸ μὲν αὐτᾶς

stum, non probo autem turpe: ut fœminæ domi laventur honestum, in Palæstra turpe; sed ut viri id & in Palæstra faciant & Gymnasio, honestum. Ut fœminæ cum viris congrediantur privatim ubi parietes abscondunt, honestum, extra verò in conspectu cujusquam turpe: & ut à maritis suis

συνί-

ται τοῖς πρὸς τὰς παῖδας ὁπλυμίαις, l. de Rep. Lac. Apud Bœotos, & in Elide his terminis legem latam testatur Plato in Conviv. ἁπλῶς νενομοθέτηται, καλὸν τὸ χαρίζεσθαι ἐραστοῖς· καὶ οὐκ ἂν τις εἴποι ἔστε νέῳ ὄντε παλαιὸς, ὡς αἰσχρόν. Quod confirmat Xenophon, οἱ μὲν ἄλλοι Ἕλληνες ἢ ὥσαπερ Βοιωτοὶ, ἀνὴρ καὶ παῖς συζυγέντες ὁμιλοῦσιν ἢ (ὥσαπερ Ἠλεῖοι) μὲν χαρίσασθαι τὴν ὥραν λέγοντες. Et quanquam tam horrendum amorem Spartanæ leges ac Atticæ pro forma prohibent, attamen apertè & communiter usurpatum ex Aristophane constat cæterisque scriptoribus qui tam frequenter commemorant, qui nam erant hujus aut illius παιδικά. Formosi pueri innumeris continuò stipati incedebant, qui ipsos sollicitarunt & omni officio devincere studebant: & si cui morem gererent, illis præ cæteris χαρίζεσθαι dicebantur. Sic Alcibiades se Socrati obtulit, πάνυ ἀντίτυπον ἡγεμὼν εἶναι σοὶ μὲν ἐκ τοῦτο χαρίζεσθαι. Quem tamen ille magnanimo fastu rejecit. Alium huic verbo sensum affingunt Platonici, uti solent ἐρωτικοῖς. quòd ita χαρίζεσθαι debent compti Adolescentes, videlicet se amatoribus adjungere, ipsorum frequenti consortio frui, ut inde bonos mores ediscant, & ad virtutem colendam componantur, cujus optimam spem ex ipsa forma præstant. Xenophon tales ἐρωτικοὺς instituisse Lycurgum dicit, quanquam ipse confitetur plurimos huic rei fidem non adhibere. Mimantem hoc sensu philosophico verbum cepisse sentio, eò quòd non nisi τῷ χρηστῷ ἐραστῇ faveat. Nam ita distinguit Maximus diss. 8. σοφόν φησιν ὁ Πίνδαρος τὸ μὴ ἀρετῆς ἐπίβολον, τὸ δὲ μοχθηρίᾳ συμπεφυκὸς, φωτὶ μὴ οἱ ἄνθρωποι ἐπονομάζοντες ἔρωτα, ἅτινα καλοῦντες καὶ τὸν θεὸν καὶ τὸν νόσον· καλλωπίζονται μὲν οἱ μοχθηροὶ ἐραστὰς μὴ τῷ σοφῷ τὸν θεὸν ἐπωνυμίαν· ἀπιστοῦνται δὲ οἱ χρηστοὶ μὴ τὸ ἀμφίβολον τῆς πάθους. Plato magis disertè ad propositum nostrum, in Conviv. ἀλλὰ καλῶς μὴ σκληρόμορον (id est ἰρᾶν) καλὸν, αἰσχρῶς δὲ αἰσχρόν. αἰσχρὸν μὲν ἔν ἐστι πονηρῷ τε καὶ πονηρῶς χαρίζεσθαι· καλὸν χρηστῷ τε καὶ καλῶς· πονηρὸς δέ ἐστιν ἐκεῖνος ὁ ἐραστὴς ὁ πάνδημος, ὁ τοῦ σώματος μᾶλλον ἐρῶν ἢ τῆς ψυχῆς. ὁ δὲ τοῦ ἤθους χρηστοῦ ἐραστὴς διὰ βίου μένει ἅτε μονίμου σωτηκείς.

2 μὴ ἐραστῇ καλῷ.] Scripsit Author χρηστῷ, ut puto, non solitus variare verba dum ita opponit, nec hic præsertim vellet ubi καλὸν alio sensu toties desumit: sed eò quod tam sæpe occurrat, facilis transcriptorum error.

3 ἔξω δὲ αἰσχρὸν.] Diogenes Cynicus εὐθὺς πάντα ποιεῖν ἐν τῷ μέσῳ, καὶ τὰ Δήμητρος καὶ τὰ Ἀφροδίτης — χειραγωγῶν τε ἐν μέσῳ σωτηκέναι. Diog. in Vit. Crateti ejusdem perfrictæ frontis contigit uxor Hipparchia, ἐν τῷ φανερῷ συμπλέκεσθαι. Et illud tantum non placitum erat Cynicorum; ut meritò dixerit Epictetus, sectam Cynicam si non rectè instituatur, nihil aliud profiteri quàm δημοσίᾳ ἀσελγαίνειν. Arr. l 3. c. 22. Indorum tota Gens in propatulo coit Sext. Emp. Sed Lycurgus hanc partem munivit maximè, ἔθηκε γὰρ αἰδεῖσθαι μὲν εἰσόπιν ἐσθῆτα, αἰδεῖσθαι δὲ ἐξιέντα. Xenoph. in Lac. Rep.

4 ἐρ-

comprimantur, honestum, sed ab alieno, turpissimum: Ut etiam vir propriâ fruatur uxore, honestum, alienâ autem turpe. Viro turpe est, molliter ornatus incedere cerussáve oblitus vel aurum appensum gerere, sed mulieri honestum. Sic amicis benefacere honestum, inimicis turpe: Hostes fugere turpe, certantes autem in stadio, honestum: cives & amicos necare turpe, sed hostes honestum. Et hæc de omnibus dici supponantur.

συνίμεν ἀνδρὶ καλόν· ἀλλοτρίῳ δὲ αἴσχιστον. καὶ τῷγε ἀνδρὶ, τᾷ μὲν ἑαυτῶ γυναικὶ συνίμεν, καλόν· ἀλλοτρίᾳ δὲ, αἰσχρόν. καὶ κοσμεῖσθαι, καὶ ψιμμυθίῳ χρίεσθαι, καὶ χρυσία περιάπτεσθαι, τῷ μὲν ἀνδρὶ αἰσχρὸν, τᾷ δὲ γυναικὶ καλόν· καὶ τὼς μὲν φίλως εὖ ποιὲν, καλόν. τὼς δὲ ἐχθρὼς, αἰσχρόν. καὶ τὼς μὲν πολεμίως φεύγεν, αἰσχρόν· τὼς δὲ ἐν σταδίῳ ἀγωνιστὰς, καλόν. καὶ τὼς μὲν φίλως καὶ τὼς πολεμίως, καλόν. καὶ τάδε μὲν

λίτας φονεύεν, αἰσχρόν· τὼς δὲ περὶ πάντων.

Transeo autem ad ea quæ gentes & civitates turpia ducunt. Ut igitur puellæ discinctis brachiis se exerceant, & veste depositâ prodeant, Lacedæmoniis honestum, Ioni-

Εἶμι δ' [4] ἐφ' ἃ ταὶ πόλιές τε αἰσχρὰ ἄγηνται καὶ τὰ ἔθνεα. αὐτίκα Λακεδαιμονίοις [5] τὰς κόρας γυμνάζεσθαι ἀχειριδώτως, καὶ [6] ἀχίτωνας παρέρπεν, καλόν·

4 ἐφ' ἃ ταὶ πόλιες.] Mirum, quantum ex hoc loco disputabant Philosophi Sceptici & Ἡρακλίτειοι, quos joco ῥέοντας appellat Plato. Nam ita Protagoras, λέγομεν ἀποφαινόμενοι τό τε δοκοῦν ἑκάστῳ, τούτῳ καὶ εἶναι ἰδιώτῃ τε καὶ πόλει, clariùs verò postea, περὶ πολιτικῶν καλὰ μὲν καὶ αἰσχρὰ, δίκαια καὶ ἄδικα, καὶ ὅσια καὶ μὴ, οἷα ἂν ἑκάστη πόλις οἰηθεῖσα θῆται νόμιμα ἑαυτῇ, ταῦτα καὶ εἶναι τῇ ἀληθείᾳ ἑκάστῃ. Plat. in Theæt. innumerisque aliis ejusdem dialogi partibus constat Hinc etiam rationes boni & mali tollebant Cynici. Ita Diogenes inter cætera, μηδ' ἀνόσιον εἶναι τὸ καὶ τῶν ἀνθρωπείων κρεῶν γεύσασθαι ὡς δῆλον ὁκ τῶν ἀλλοτρίων ἐθῶν. Hoc etiam inter Scepticorum δέκα τρόπους, quintum, secundum Laërtium, secundum Empiricum decimum scil. περὶ τὰς ἀγωγὰς καὶ τοὺς νόμους constituebat, in quo eandem planè rationem adhibent quam hic Author. Teneri non possum quin illud ex Eurip. Phæniss. apponam quia tam aptè respondet. Ἐι πᾶσι ταυτὸ καλὸν ἔφυ σοφὸν δ' ἅμα, οὐκ ἦν ἀμφίλεκτος ἀνθρώποις ἔρις, Νῦν δ' οὔθ' ὅμοιον οὐδὲν οὔτ' ἴσον βροτοῖς Πλὴν ὀνομάσαι· τόδ' ἔργον οὐκ ἔστι τόδε. Ubi qui plura vult, adeat Scholiasten.

5 τὰς κόρας γυμνάζεσθαι.] Heracl. de Gentium moribus ait apud Spartanos γυμνάσια ὥσπερ ἀνδρῶν ἐστι, οὕτω καὶ παρθένων· Xenoph. item de Lycurgo in Lac. Rep. σωμασκεῖν ἔταξεν οὐδὲν ἧττον τὸ θῆλυ τοῦ ἄρρενος φύλου· ἔπειτα δὲ δρόμου καὶ ἰσχύος ὥσπερ καὶ τοῖς ἀνδράσιν οὕτω καὶ ταῖς θηλείαις ἀγῶνας πρὸς ἀλλήλους ἐποίησε.

6 ἀχίτωνας παρέρπεν.] Plutarc. in Vi. Lycur. οὐδὲν ἧττον εἴθισε τῶν κόρων τὰς κόρας γυμνάς τε πολιτεύειν καὶ πρὸς ἱεροῖς τισιν ὀρχεῖσθαι καὶ ᾄδειν τῶν νέων παρόντων καὶ θεωμένων.

λόν· Ἴωσι δ' αἰσχρόν. καὶ τὼς παῖδας μὴ μανθάνειν μωσικὰ καὶ γράμματα, καλόν· Ἴωσι δ' αἰσχρὸν μὴ ἐπίσασθαι ταῦτα πάντα. Θεσσαλοῖσι δὲ καλὸν τὼς ἵππως ἐκ τᾶς ἀγέλας λαβόντι, αὐτὼς δαμάσαι, καὶ τὼς ὀρέας· βῶς τε λαβόντι, αὐτὼς σφάξαι καὶ ἐκδεῖραι καὶ κατακόψαι· ἐν Σικελίᾳ δὲ αἰσχρὸν, καὶ δώλων ἔργα. Μακεδόσι καλὸν δοκεῖ ἦμεν, τὰς κόρας, πρὶν ἀνδρὶ γάμασθαι, ἐρᾶσθαι καὶ ἀνδρὶ συγγίνεσθαι· ἐπεὶ δὲ καὶ γαμεῖται, αἰσχρόν· Ἕλλασι δ' ἄμφω αἰσχρόν. τοῖς δὲ

bus turpe videtur: & ut pueri Musices & literarum ignari sint, inter illos honestum, at hujusmodi inscitia inter Iones turpis. Thessali honestum putant equos & mulos ex armento ablatos domare, bovésque raptos jugulare, & pelle detracta discindere: hæc autem Siculi turpia ac servorum opera censent. Puellas nondum collocatas amari & à viris comprimi inter Macedones honestum; post nuptias verò turpe; Utrumque inter Græcos turpe. Puellarum frontes notis quibusdam interpungi,

7 μὴ μανθάνειν μωσικὰ κ) γράμματα.] Lacedæmonios τέχνας μανθάνειν ἢ τὰς εἰς πόλεμον αἰσχύνειν, inquit Heraclides; nam ad bellicam disciplinam compositi, nihil intermiscebant quod emollire animos poterat. Vid. etiam Ælianum l. 12 c. 50.

8 μὴ ἐπίσασθαι ταῦτα πάντα.] Nam præterquam in Sparta inquit Xenoph Græci παῖδας πέμπουσιν εἰς διδασκάλων μαθησομένους κ) γράμματα κ) μουσικὴν κ) τὰ ἐν παλαίστρᾳ. Cicero in Tusc. l. 1. *Themistocles cùm in epulis recusaret Lyram habitus est indoctior. Ergò in Græcia musici floruerunt, discebántque id omnes, nec qui nesciebat satis excultus doctrinâ putabatur.* Sed Asiæ minoris Populi iique præcipuè qui non longè à littore siti, musicam maximè colebant: cum suos ἁρμονίας ἔχοντας haberent, & ab ipsis nominatos, φρυγιστὶ, λυδιστὶ, αἰολιστὶ, & ab Ionibus ἰαστί.

9 Θεσσαλοῖσι δ' καλόν.] Nihil tale apud cæteros scriptores repertum quantum ego unquam deprehendi. Ubique celebres sunt ob Generosos equos & equitandi peritiam. Vitam λαμπρὰν olim cum laude exerceri ubique patet, præsertim ex Thucydidis notissimo loco. ὡς ἔχοντος πω αἰσχύνην τότε τῷ ἔργῳ, φέροντος δέ τι κ) δόξης μᾶλλον· δηλοῖ δ' τὴν ἀπορρησίην τῶν ἔπεων κ) τῶν, οἷς κόσμῳ καλῶς τοῦτο δρᾶν. l. 1. De Thracibus Herodotus, τὸ ζῆν ὑπὸ λειῳ καλλιστον. Boves autem (in quibus ostendit Pausanias veterum opes maximè collocari) frequenter direptos etiam Caci historiola demonstrat.

10 λαβόντι.] Pro λαβόντας sive ex errore exemplarium, seu potius ex Dorici idiomatis usu in quod magis propensus sum, etsi nihil tale in Lexicographis comperio, quia bis in hac sententia occurrat, cùm toties obrepere errorem non putandum. Et quidem satis distinguitur, à λάβοντι quod pro λαβόντι ponunt Dores, eò quòd hæ voces in penultima accentum gerant. Sic in postremis hujus capitis verbis ποιηταὶ δὲ μέρτυρας ἐπάγονται ποτὶ ἀσδοὰν ὡς πότ' ἀλάθειαν ποιέοντι, pro ποιέοντας, nisi forsan omittatur εἰ.

11 Μακεδόσι.] Quod hic de Macedonibus narratur, de Thracibus refert Herodot. in Terpsic. τὰς μὲν παρθένους ἐφυλάσσουσι ἀλλ' ἐῶσι οἵστι αὐτὰς βούλονται ἀνδράσι μίσγεσθαι. τὰς δὲ γυναῖκας ἰσχυρῶς φυλάσσουσι. Eadem de Lydis Ælianus l. 4. c. 1.

12 τοῖς δὲ Θρᾳξί.] Hoc ad omnes Thraces applicare videtur Herodotus, etsi ad solas puellas restringi potest,

τὸ

Thracibus ornamentum videtur. Scythis quidem honestum ut cùm quis hominem occiderit, capitis, cute divulsâ, partem crinitam ante equum gestet, Osseam verò auro vel argento obducens, ex illâ bibat diisque ipsis libamina fundat. Græcorum autem nullus easdem ædes ingredi vellet unà cum viro qui tale quid fecerit. Massagetæ parentes suos obtruncantes comedunt & optima videtur sepultura, ita in sobolis ventre condi: sed in Græcia si quis tale quippiam commit-

δὲ Θραξὶ κόσμος τὰς κόρας σίζεσθαι. τοὶ δὲ Σκύθαι καλὸν νομίζοντι, ὃς ἄνδρα [13] κανὼν ἐκδείρας τὰν κεφαλὰν, [14] τὸ μὲν κόμιον [15] πρὸ τοῦ ἵππου φορεῖ, [16] τὸ δ' ὀστέον [17] χρυσώσας καὶ ἀργυρώσας, πίνει ἐξ αὐτοῦ, καὶ σπένδει τοῖς θεοῖς· ἐν δὲ τοῖς Ἕλλασιν, οὐδέ κ' ἐς τὰν αὐτὰν οἰκίαν συνεισελθεῖν βούλοιτ' ἄν τις τοιαῦτα ποιήσαντι. [18] Μασσαγέται δὲ τὼς γονέας κατακόψαντες κατέσθοντι, καὶ [19] τάφος κάλλιστος δοκεῖ ἦμεν, ἐν τοῖς τέκνοις τεθάφθαι· ἐν δὲ τᾷ Ἑλλάδι ἄν τις ταῦτα ποιήσῃ, ἐξελαθεὶς ἐκ τῆς

Ἑλλά-

τὸ ἱερὸν ὀστέϊνα ἐυγενὶς κέκρεται, τὸ δ' ἄστιλον ἀχρὸς. Ad Æthiopes idem defert Sextus. Pyr. Hyp. l. 1.

13 ὃς ἄνδρα κανών.] κτανὼν proculdubio.

14 τὸ κόμιον.] Torsit aliquantulum hoc verbum, utpote quod nec in veterum nec recentiorum Lexicis inveni. Sed facilis conjectura à κόμη duxit, quod confirmavit sensus, ut sic τῷ ὀστέῳ opponatur. Sed & favet Herodotus qui dum exponit quomodo capiti cutem detrahit Scytha, sic ait, in l. Melpom. ἀφελὼν μοῦνον κύκλῳ περὶ τὰ οὖτα, ac si posteriorem tantùm partem crinitam scilicet, usui suo accommodaret: cùm pars cutis frontem obvolvens minùs forsan idonea quia tot locis perforatur.

15 πρὸ τοῦ ἵππου φορεῖ.] ἅτε οἱ χειρόμακτρον κέκτηται inquit Herod. cùm jam satis emolliverat tanquam *mantile servabat*. Sed jactabundus ἐπὶ τῷ χαλινῷ τοῦ ἵππου, τὸν ἂν αὐτὸς ἐλαύνῃ, ἐπὶ τούτου ἐξ ἵππου ἡ ἀγάλλεται, *habenis equi cui ipse insidet annectebat superbus*.

16 τὸ δ' ὀστέον.] Id non nisi infensissimorum capiti faciunt. Herod.

17 χρυσώσας. Si pauper sit Scytha, ἐξωθεν ὠμοβοείῃ μούνῃ περιλείνας χεῖ-

ται, Caput *extra crudo bovino corio obducens sic utitur*, sin autem dives, insuper & intus inaurat. Herod.

18 Μασσαγέται δὲ τοὺς γονέας.] Si ad extremam senectutem pervenerint inquit Herodotus l. 1. ἐπὰν δὲ γέρων γένηται κάρτα, οἱ προσήκοντες οἱ πάντες συνελθόντες θύουσι μιν καὶ ἄλλα προβάτα ἅμα αὐτῷ. ἑψήσαντες δὲ τὰ κρέα καλὸν χῶρον. Sin autem ante ex morbo moriantur, ἀ κάρτα στείνεται ἀλλὰ γῆ κρύπτουσι, *non edunt sed tumulo condunt* συμπεπονηκότες, *dolentes* quod illis immolari vel potiùs obtruncari non contigerit. Unde lepidissime ait Herodotus, ἄρρω δὲ ἀνιηρὸς σφι προσκειται ἄλλος μὴ ἀδεὶς, *nullus alius vitæ terminus iis impendet*.

19 τάφος κάλλιστος.] Sic Indi Callatini apud Herod. l. 3. rogante Dario εἰ τίνι χρήματι δεξίαι' ἂν τελευτῶντας τοὺς πατέρας κατακαίειν πυρὶ, ἀμβώσαντες μεγάλῃ φωνῇ μὴ γένοιτο. Nam & illi parentes comedunt. Indéque ex sententia Herodoti, Cambysem insanire meritò putabant homines; ἐπεὶ οὐκ ἂν ἐφοίτα τε καὶ νομαίοισι ἐπεχείρησε διαπομπεύειν. *aliter non ausus fuisset, templa & ritus ludibrio habere*, Apim sc. Ægyptiacam occidens: cum sacra sua omnium præstantissima quælibet judicet Gens.

Ἑλλάδος, κακὰ ἀποθάνῃ, ὡς αἰσχρὰ καὶ δεινὰ ποιέων. τοὶ δὲ Πέρσαι, [20] κοσμεῖσθαί τε, ὥσπερ τὰς γυναῖκας, καὶ τὼς ἄνδρας, καλὸν νομίζοντι, καὶ τᾷ θυγατρὶ, καὶ τὰ μητρὶ, [21] καὶ τᾷ ἀδελφᾷ συνίμεν· τοὶ δὲ Ἕλλανες, καὶ αἰσχρὰ καὶ παράνομα. [22] Λυδοῖς τοίνυν τὰς κόρας πορνευθείσας, καὶ ἀργύριον ἐνεργήσασθαι, καὶ οὕτω γάμασθαι καλὸν δοκεῖ ἦμεν· ἐν δὲ τοῖς Ἕλλασιν, οὐδείς κα θέλει γαμᾶν. [23] Αἰγύπτιοί τε οὐ ταυτὰ νομίζοντι καλὰ τοῖς ἄλλοις. τᾇδε μὲν γὰρ γυναῖκας ὑφαίνεν καὶ ἐργάζεσθαι, καλόν· ἀλλὰ τηνεὶ τὼς ἄνδρας, τὰς δὲ ἄνδρες. τὸν πηλὸν δεύειν ταῖς

teret, ejectus ſtatim miſerè periret, ut qui rem turpem ac horrendam patrâſſet. Perſæ viros delicatulè ornari inſtar fœminarum honeſtum putant, ut & cum filia, matre ac ſorore congredi: at Græci turpia hæc & iniqua. Lydis puellas, cum proſtituto corpore pecunias corraſerint, ita tandem nubere honeſtum videtur: inter Græcos autem nemo harum ullam in uxorem duceret. Ægyptii non eadem ſtatuunt honeſta quæ cæteræ gentes: Alibi certè fœminas texere & operari honeſtum, hic autem viros. Mulieres officiis funguntur quibus alibi viri ſolent:

γυναῖκας πράσσεν ἄπερ τῇ δε τοὶ χερσὶ, τὸν σῖτον τοῖς ποσὶ, τήνοις καλόν·

20 Κοσμεῖσθαι.] eò quòd veſtes demiſſas admodum & fluitantes induerent, ἀνθεζαρεῖς ἐσθῆτας καὶ πολλὰς, Sext. Emp. vel ut Diodor l. 2. ϛολὴν δὲ ἧς ἐκ ἦν λαγνῶναι τὸν περιεζωσμένον πότερον ἀνὴρ ὄζτι ἢ γυνή. Comam quoque alebant. inde in Oraculo Mileſiis dato κομῆται dicti. Herod. l. 6. & faciem fuco illinebant, ut ex Xenoph. Cyrip. l. 8. colligitur.

21 καὶ τᾷ ἀδελφᾷ.] Hi fœdi mores non ante Cambyſis tempora invaleſcebant. Nam ille primò ſororem duxit: ἐδαμῶς γὸ, inquit Herod. l. 3. εἰώθεσαν πρότερον τῇσι ἀδελφείῃσι συνοικέειν οἱ Πέρσαι.

22 λυδοῖς.] Eadem narrat Herodotus l. 1.

23 Αἰγύπτιοί τε.] Hæc etiam ex Herodoto deſumpſit Author, qui ita obſervat, Αἰγύπτιοι ἅμα τῷ ἐρχεσθαι τὸν κατὰ σφέας ἐόντι ἑτέρῳ, καὶ τῷ ποταμῷ φύσιν ἀλλοίαν παρεχομένῳ ἢ οἱ ἄλλοι ποταμοὶ, τὰ πολλὰ πάντα ἐμπαλὶν τοῖσι ἄλλοισι ἀνθρώποισι ἐξήτεον τὰ ἤθεα καὶ νόμους. l. 2. ubi inter cætera hoc etiam de pane habet. Miror autem impenſiùs Interpretes tam Herodoti quam Strabonis, qui eadem ex Herodoto refert l. 17. πηλὸν hic tranſtuliſſe lutum, unde conſtat eos nec verbi vim nec Authoris ſenſum aſſecutos. nam quare lutum ſubigerent aut Ægyptii aut quivis mortalium? πηλὸς igitur cæmentum exprimit unde ſenſus ſtatim optimus emergit. Jul. Pol l. 7. c. 27. inter cætera cæmenti genera etiam πηλὸν, & inter mercenarios πηλοφόρους ponit. Nec illud tantum Ægyptii ſed & χερσὶ τὸν κόπρον ἀναιρέονται, ſordes manibus auferunt. Plura adjicit Herodotus, ſed ea omnia omittit Diodorus Sic. l. 1. tanquam fabuloſa nec fide digna. ὅσους μὲν ἐγὼ Ἡρόδοτος καὶ πινὰς τῶν τὰς Αἰγυπτίων πράξεις συνταξαμένων ἐχρῆν ἐπιμνησθῆναι καὶ συνεγράψαντο ἐκτὸς ἱστορίης ποιεύμενοι τῆς ἀληθείης τὸ σαφὲς ἀποκρύπτειν καὶ μύθους πλάττειν ψυχαγωγίης ἕνεκα παρήσομεν.

24 τὰ

cæmentum manibus ſubigere, panem verò pedibus, inter illos honeſtum, ſed apud nos obtinet contrarium. Sanè ſi quis juberet omnes homines in unum locum deferre, quæ turpia putant, & dein è ſimul congeſtis excerpere quæ ſingulis honeſta videntur, nihil ſuperfuturum credo, ſed omnes omnia deſumpturos: non eadem enim omnes colunt. Apponam autem poëticum fragmentum.

Spectabis alias hoc loco datas viris
Leges, hinc diſcens nihil honeſtum, nihil
Ubique turpe, ſed reddit occaſio
Idem nunc turpe, dein mutata, bonum.

Ut totam rem verbo compingam, omnia opportuna quidem honeſta, intempeſtiva verò turpia. Quid ergo confeci? dixi me velle eadem honeſta ac turpia demonſtrare, quod his omnibus abſolvi.

Cæterùm alius fertur ſermo de honeſto ac turpi nempe qui

καλόν· ἀλλ' ἁμῖν τὸ ἐναντίον. οἶμαι δ' ἄν τις [24] τὰ καλὰ εἰς ἓν κελεύῃ συνενεῖκαι πάντας ἀνθρώπως ἃ ἕκαστοι νομίζοντι, καὶ πάλιν ἐξ ἀθρόων τοι τὰ αἰσχρὰ λαβὲν, ἃ ἕκαστοι [25] ἄγηνται, οὐδὲν [26] καλυφθῆμεν, ἀλλὰ πάντας πάντα διαλαβέν. οὐ γὰρ πάντες ταυτὰ νομίζοντι. παρεξοῦμαι δὲ καὶ ποίημά τι.

[27] Καὶ γὰρ τὸν ἄλλον ὧδε θνητοῖσι νόμον
Ὄψει διαιρῶν, οὐδὲν ἂν πάντη καλὸν,
Οὐδ' αἰσχρὸν· ἀλλὰ ταῦτ' ἐποίησε λαβὼν
Ὁ καιρὸς αἰσχρὰ, καὶ διαλλάξας καλά.

Ὡς δὲ τὸ σύνολον εἰπὲν, [28] πάντα καιρῷ μὲν καλά ἐντι, ἐν ἀκαιρίᾳ δ', αἰσχρά. τί ὦν διεπραξάμην; ἔφαν ἀποδείξεν ταυτὰ αἰσχρὰ καὶ καλὰ ὄντα· καὶ ἀπέδειξα ἐν τούτοις πᾶσι.

Λέγεται δὲ καὶ περὶ τῶ αἰσχρῶ καὶ καλῶ, ὡς ἄλλο ἑκάτερον εἴη. ἐπεὶ

24 τὰ καλά.] & dein τὰ αἰσχρὰ ſuos invicem locos occupârunt, ita ut tranſponenda ſint, τὰ αἰσχρὰ εἰς ἓν & τὰ καλὰ λαβέν. Quod illud λαβὲν oſtendit, alias impropriè ad τὰ αἰσχρὰ annexum. Sed & indicat Author ipſe cùm poſtea repetens diluit argumentum.

25 ἄγηνται.] verbum Ionicum: Et ut ſemel hic moneam plura Ionicè uſurpat Author, quale eſt τοῦτὸς ubique oculis obverſans. Sic etiam συνενεῖκαι ſæpius in Herodoto repertum.

26 Καλυφθῆμεν.] emendo καταλειφθῆμεν —

27 Καὶ γὰρ τὸν.] Hoc ποίημα in ſuos στίχους diſpoſui, & non dubito quin ex Euripide illo σκηνικῷ φιλοσόφῳ, excerpantur. Non tantùm quia ipſe ferè ſolus periculoſa illa & nefaria ſolet effundere, ſed & dictionem ipſius ſapiunt: etſi nec in tragœdiis quæ extant, nec in deperditorum fragmentis reperio.

28 πάντα καιρῷ.] Eadem habet ſed ſenſu magis ſano Sophocles, πάντα γὰρ καιρῷ καλὰ —

29 ἄν

ἐπεὶ αἴ τις ἐρωτάσῃ τὼς λέγοντας ὡς τὸ αὐτὸ πρᾶγμα αἰσχρὸν καὶ καλόν ἐσιν, αἴ ποκά τι αὐτοῖς καλὸν εἴργασαι, αἰσχρὸν ὁμολογησοῦντι, αἴπερ τὠῦτὸν καὶ τὸ αἰσχρὸν καὶ τὸ καλόν. καὶ αἴ τινα καλὸν οἴδαντι ἄνδρα, τοῦτον καὶ αἰσχρὸν τὸν αὐτόν. καὶ αἴ τινα κα λευκὸν, καὶ μέλαναν τοῦτον τὸν αὐτόν. καὶ καλόν γ' ἐσὶ τὼς θεὼς σέβεσθαι, καὶ αἰσχρὸν ἄρα τὼς θεὼς σέβεσθαι, αἴπερ τὠῦτὸν αἰσχρὸν καὶ καλόν ἐσι. καὶ τάδε μὲν περὶ ἁπάντων εἰρήσθω μοι. τρέψομαι δὲ ἐπὶ τὸν λόγον αὐτῶν ὃν λέγοντι. αἰ γὰρ τὰν γυναῖκα καλὸν ἐσι κοσμεῖσθαι, τὰν γυναῖκα αἰσχρὸν κοσμεῖσθαι, αἴπερ τὠῦτὸν αἰσχρὸν καὶ καλόν· καὶ τἄλλα κατὰ τὠῦτό. ἐν Λακεδαίμονι ἐσὶ καλὸν τὰς παῖδας γυμνάζεσθαι, ἐν Λακεδαίμονι ἐσὶν αἰσχρὸν τὰς παῖδας γυμνάζεσθαι. καὶ τἄλλα οὕτως. λέγονται δὲ ὡς [29] αἴ τινες τὰ αἰσχρὰ ἐκ τῶν ἐθνέων πάντοθεν συνενείκαιεν, ἔπειτα συγκαλεσοῦντες κελεύοιεν, ἃ τις καλὰ νομίζει, [30] λαμβάνειν πάντα, καὶ ἐν καλῷ ἀπενειχθῆμεν· ἐγὼ θαυμάζω αἰ τὰ αἰσχρὰ, συνενεχθέντα καλὰ ἐσεῖται, καὶ οὐχ οἷά περ ἦνθεν. αἰ γοῦν ἵππως ἢ βῶς ἢ ὄις ἢ ἀνθρώπως ἄγαγον,

utrumque diversum quid affirmat. Quandoquidem si quis prioris sententiæ patronos rogaret, an quid honestum unquam peregerint, etiam & istud turpe agnoscant necesse est, si idem honestum ac turpe. Et si virum quempiam honestum cognoverint, eundem etiam & turpem: si album quempiam, etiam & illum ipsum nigrum: Deósne venerari honestum? venerari ergo quoque turpe. Et hæc de omnibus dici supponantur. Sed memet converto ad rationes quas illi afferunt: Si mulierem bellè ornari honestum, & eandem ita ornari turpe, si pro eodem honestum ac turpe reputandum. Paríque ratione cætera. In Sparta puellas se exercitare honestum, in Sparta quoque puellas se exercitare turpe est: aliáque consimili modo. Dicunt autem, si quis turpia ex omni undequaque gente in medium adduceret, deindeque mandaret singulos ea quæ honesta putant capere, omnes omnia sumpturos, & pro honestis reportaturos. Mirum quid, si turpia in unum locum delata, honesta fierent non eadem quæ adducebantur? Ego miror si turpia, cum conferuntur, honesta fient, & non potius quæ fuerant. Si quidem equum aut bovem aut ovem aut hominem quis

29 αἴ τινες τὰ αἰσχρά.] Non possum hic prætermittere præclarissimam Herodoti sententiam, quæ etsi cum sensu Authoris nostri non undiquaque congruat, simili tamen modo effertur. Θώμαντος ὁ πόντος, ὅπου εἰ πάντες ἄνθρωποι τὰ οἰκήια κακὰ εἰς μίσην συνενείκαιεν, ἀλλάξαιντο βουλόμενοι τῶν ἑωυτῶν τοῖσι πλησίοισι, ἐκ τῶν ἑωυτοῖσι καλῶν, ἐσπάσιος ἕκαστοι αὐτέων ἀποφορέοιτο ὀπίσω τὰ ἐσενείκαντο. l. 7.

30 λαμβάνειν.] aliquid deest ita reponendum, ἃ τις καλὰ νομίζει λαμβάνειν, πάντες πάντα λαβεῖν.

31 πως

bantur. Si equos, boves, oves aut homines attulerint, non aliud certè asportarent: Nec aurum ferentes, æs domum reduxerint, aut plumbum referent, quod argentum intulerint. Pro bonis ergo mala retulerunt: age verò si quis turpe quid adduceret, illud quoque bonum asportaret. Poëtas autem testes inducunt qui non pro rerum veritate, sed hominum delectatione carmina sua componunt.

γον, οὐκ ἄλλό τί κα ἀπάγαγον. ἐπεὶ οὐδὲ αἰ χρυσὸν ἤνεικαν, χαλκὸν ἀπήνεικαν· οὐδὲ αἰ ἀργύριον ἤνεικαν, μόλιβδόν κα ἀπέφερον. ἀντὶ δ' ἄρα τῶν αἰσχρῶν καλὰ ἀπαγαγόντι, φέρε δὴ αἰ ἄρα τὶς αἰσχρὸν ἀπάγαγε, τοῦτον ἂν, καλὸν ἀπάγαγε. ποιητὰς δὲ μάρτυρας ἐπάγονται, [31] ποτὶ ἁδονὰν οὐ ποτ' ἀλάθειαν ποιοῦντι.

Diss. III. De Justo & Injusto.

DUO itidem feruntur sermones de justo & injusto: Etenim quidam aliud esse justum aliud injustum putant, quidam verò idem utrumque, quam sententiam defendere conabor. Et primò ostendam fallere & mentiri justum esse. Dicat igitur quispiam, ita tractare inimicos turpe & improbum: amicissimos verò nequaquam, exempli causâ parentes. Si enim oportet patrem aut matrem medicamentum

ΔΙΣΣΟΙ δὲ λόγοι λέγονται καὶ περὶ τῶ δικαίω καὶ περὶ τῶ ἀδίκω· καὶ τοὶ μὲν, ἄλλο ἦμεν τὸ δίκαιον, ἄλλο δὲ, τὸ ἄδικον· τοὶ δὲ, τὠϋτὸ δίκαιον καὶ ἄδικον· καὶ ἐγὼ τούτῳ πειράσομαι τιμωρεῖν. καὶ πρῶτον μὲν [1] τὸ ψεύδεσθαι ὡς δίκαιόν ἐςι λεξῶ, καὶ τὸ ἐξαπατᾷν. τὼς μὲν πολεμίως ταῦτα ποιὲν, αἰσχρὸν καὶ πονηρὸν ἂν ἐξείποιεν· τὼς δὲ φιλτάτως, οὐ. αὐτίκα τὼς γονέας· αἰ γὰρ δέοι τὸν πατέρα ἢ τὰν ματέρα [2] φάρμακόν τι ἐγκαταφαγὲν,

31 ποτὶ ἁδονὰν οὐ ποτ' ἀλάθειαν.] οὔτε ὡς ποιηταὶ ὑμνήκασιν ὀπὶ τὸ μεῖζον κοσμοῦντες — οὔτε ὡς λογογράφοι ξυνέθεσαν ὀπὶ τὸ προσαγωγότερον τῇ ἀκροάσει ἢ ἀληθέστερον. Thucyd. l. 1. sic etiam Eratosthenes apud Strab. l. 1. ποιητὴς πᾶς στοχάζεται ψυχαγωγίας, οὐ διδασκαλίας.

1 ψεύδεσθαι] Plat. in Rep. l. 1. αὐτὰ ταῦτά ἐστιν ἐνίοτε μὲν δικαίως, ἐνίοτε ἀδίκως ποιεῖν, οἷον τοιόνδε λέγω· πᾶς ἂν ποῦ εἴποι εἴ τις λάβοι παρὰ φίλου ἀνδρὸς σωφρονοῦντος ὅπλα, εἰ μανεὶς ἀπαιτοῖ, ὅτι οὔτε χρὴ τὰ τοιαῦτα ἀποδιδόναι· οὔτε δίκαιος ἂν εἴη ὁ ἀποδιδοὺς, οὐδ' αὖ πρὸς τὸν οὕτως ἔχοντα, πάντα ἐθέλων τἀληθῆ λέγειν. Et quamvis Homerum coronatum è Republica sua ejecerit, ob turpes fabulas Diis ascriptas, tamen publicas quasdam confingi jubet, quibus civitas ad virtutem efformetur: nempe ut μηχανή τις γένοιτο τῶν ψευδῶν τῶν ἐν δέοντι γινομένων, ὧν δὴ νῦν ἐλέγομεν. γενναῖόν τι εἶναι ψευδομένους πεῖσαι, Rep. l. 1.

2 φάρμακόν τι.] Omnia tum de phar-

φαγὲν, καὶ μὴ θέλοι, οὐ δίκαιόν ἐσι, καὶ ἐν τῷ ῥοφήματι καὶ ἐν τῷ ποτῷ δόμεν, καὶ μὴ φᾶμεν ἐνῆμεν; οὔκων ἤδη ψεύδεσθαι καὶ ἐξαπατᾷν τὼς γονέας, καὶ κλέπτεν μὰν τὰ τῶν φίλων, καὶ βιᾶσθαι τὼς φιλτάτως δίκαιον. αὐτίκα αἴ τις λυπηθεὶς τι τῶν οἰκήων καὶ ἀχθεσθεὶς μέλλοι αὑτὸν διαφθείρεν ἢ ξίφει ἢ σχοινίῳ, ἢ ἄλλῳ τινὶ, δίκαιόν ἐσι ταῦτα κλέψαι, αἰ δύναιτο· αἰ δὲ ὑσερίξαι καὶ ἔχοντα καταλάβοι, ἀφελέσθαι βίᾳ; ἀνδραποδίξασθαι δὲ πῶς οὐ δίκαιον τὼς πολεμίως, αἴ τις δύναιτο ἑλὼν πόλιν ὅλαν ἀποδόσθαι; τοιχωρυχὲν δὲ τὰ τῶν πολιτῶν κοινὰ οἰκήματα, δίκαιον φαίνεται. αἰ γὰρ ὁ πατὴρ ἐπὶ θανάτῳ, κατεσασιασμένος ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν, δεδεμένος εἴη, ἆρα οὐ δίκαιον διορύξαντα κλέψαι καὶ σῶσαι τὸν πατέρα; ἐπιορκὲν δὲ αἴ τις ὑπὸ τῶν πολεμίων λαφθεὶς ὑποδέξαιτο, ὀμνύων ἢ μὰν ἀφεθεὶς τὰν πόλιν προδώσεν, ἆρα οὗτος δίκαια ποιήσαι εὐορκήσας; ἐγὼ μὲν γὰρ οὐ δοκῶ· ἀλλὰ μᾶλλον τὰν πόλιν, καὶ τὼς φίλως, καὶ τὰ ἱερὰ σῶσαι πατρῷα, ἐπιορκήσας. ἤδη ἆρα δίκαιον καὶ τὸ ἐπιορκεῖν, καὶ τὸ

deglutire, nec volet, annon juſtum eſt ſorbili quodam aut potu diffuſum porrigere & ineſſe diſſimulare? Juſtum igitur parentes mendacio fallere, ut & ſubripere bona amicorum & chariſſimis vim inferre. Nam ſi quis ob res quaſdam familiares graviter triſtitiâ affectus ſibi lethum conſciſcere cogitaret ſive enſe vel reſti aut alio telo, annon juſtum eſt hoc clanculùm ſubripere ſi quis poſſet, aut ſi tardior adveniens jam in manibus habentem deprehenderit, per vim auferre? quis unquam dubitavit annon juſtum eſſet, inimicos in ſervitutem rapere, ſi modò quis poſſet totam civitatem expugnare? ſed & ædes civium noſtrorum publicas perrumpere juſtum videtur: nam ſi pater inimicorum factione oppreſſus, in vinculis ad mortem ſervaretur, annon juſtum eſt, effringentem abripere patrem & liberare? Necnon pejerare: ſi quis enim ab hoſtibus captus juramento dato ſpondeat ſe dimiſſum urbem ſuam proditurum, an ille ſanctè obſervans juſta peraget? Ego certè non ita ſentio: ſed potiùs ſi civitatem ſuam & amicos & templa patria, perjurus conſervet. Pejerare igitur juſtum eſt, ut & ſacra ſpo-

ἱερὰ σῶσαι

pharmaco, tum de enſe eripiendo reperiuntur apud Xenophontem in quarto Memorabilium, ubi Socrates Euthydemum quendam ob ſapientiam Politicam tumentem obtundit, & pro more ſuo his captiunculis in anguſtum redigit: tranſcribere nolo ne tædio eſſem.

liare: quæ privatim ad quamlibet civitatem ſpectant, prætermitto; ſed totius Græciæ ſacra publica, è Delphis & Olympiâ, cùm periculum ſit ne barbari Græciam ſubjugarent, & ſpes ſalutis in ſola pecunia ponatur, annon juſtum eſt deſumere & in belli uſus allocare? Juſtum etiam chariſſimos necare cùm id fecerint Oreſtes & Alcmæon, & juſtè

ἱεροσυλεῖν. [3] τὰ μὲν ἴδια τῶν πόλεων ἐῶ· τὰ δὲ κοινὰ τῆς Ἑλλάδος, [4] τὰ ἐκ Δελφῶν καὶ τὰ ἐξ Ὀλυμπίας. [5] μέλλοντος τῷ βαρβάρῳ τὴν Ἑλλάδα λαβὲν, καὶ τᾶς σωτηρίας ἐν χρήμασιν ἐούσας, οὐ δίκαιον λαβὲν, καὶ χρῆσθαι ἐς τὸν πόλεμον; φονεύειν δὲ τὼς φιλτάτως δίκαιον· ἐπεὶ καὶ [6] Ὀρέσας καὶ Ἀλκμαίων, καὶ

3 τὰ μὲν ἴδια.] Innumera apud Hiſtoricos conduntur exempla ubi ſacra ſua ad uſus profanos allocârunt civitates. Ego unum tantum ſubjungam. Cùm Pericles Athenienſium opes in concione exponeret, quibus bellum contra Lacedæmonios inſtruere poſſent, inter cætera numerat, ἀναθήματα ἴδια καὶ δημόσια, καὶ ὅσα ἱερὰ σκεύη περί τε τὰς πομπὰς, καὶ τοὺς ἀγῶνας καὶ σκῦλα μηδικά —— ἔτι δ' ἂν τὰ ἐκ τῶν ἄλλων ἱερῶν χρήματα, οἷς χρήσεσθαι αὐτοῖς, καὶ, ἢν πάνυ ἐξείργωνται πάντων, καὶ αὐτῆς τῆς θεοῦ τοῖς περικειμένοις χρυσίοις. Thucyd. l. 2.

4 τὰ ἐκ Δελφῶν καὶ τὰ ἐξ Ὀλυμπίας.] Nam templum inter Delphos non ad hanc aut illam urbem aut populum ſpectabat, uti ferè cætera quæ nemo præter cives ipſos ornabat, ſed à tota Græcia colebatur. Hoc conſulturi adibant, huc victoriâ potitâ mittebant ſpolia. In hoc Græci poſt confectum bellum Perſicum ἀκροθίνια dedicârunt, καὶ ἐπηρώτων τὸν θεὸν κοινῇ, εἰ λελάβηκε πλήρεα καὶ ἀρέσκεται τὰ ἀκροθίνια. Herod. l. 9. Ita ut ſive ex Græcis ipſis, vel exterorum munificentia, immenſa divitiarum moles congeſta ſit: ſed & apud Delphos Ludi Pythii: uti quoque in Olympia Olympici; In quibus τῷ θύειν καὶ ἀγωνίζεσθαι jus Græci omnes habebant; & ſi quod bellum intercederet, ceſſabat ſtatim uſque dum feſtum celebratur, & hinc vocabantur Ὀλυμπακαὶ σπονδαὶ, quas qui violabant, mulctâ puniebantur, prout νόμος Ὀλυμπακὸς poſtulabat: & uſque dum ſolverent, τὰ ἱερὰ, θυσίας καὶ ἀγώνων εἵρξαντο, uti olim Lacedæmonii apud Thucydid. l. 5. Hujuſce quoque loci vaſtas fuiſſe opes oſtendit Pauſanias, qui Olympici templi θησαυροὺς numerat, id eſt, cellas in quibus ſervabantur ἀναθήματα: & inde patet tàm quæ in Delphis quàm quæ in Olympia reponebantur, κοινὰ fuiſſe, quod Pericles cùm ad bellum Peloponneſiacum Athenienſes incitaret, & inopiam Lacedæmoniorum oſtenderet, εἶτα, inquit, καὶ κινήσαντες τῆν Ὀλυμπάδα ἢ Δελφοῖς χρημάτων, nec verò auferentes pecunias aut è Delphis aut Olympiâ quicquam contra nos valerent —— Thucyd. l. 2.

5 μέλλοντος.] Græcos cùm Perſæ invaderent, quid aut è Templo Delphico aut Olympico abſtuliſſe nullibi conſtat, etſi ita tradere videtur hic Author. Herodotus planè contrarium innuit de Delphis, narrans quanto timore percellerentur cùm Xerxes milites mitteret ad diripiendum templum, & præſertim eâ quæ conſecravit Crœſus longè opulentiſſima; qualíque θαύματι Deus ipſe ſua defendit ſacrilegóſque abegit. Herod. lib. 8. Iſta Crœſi ἀναθήματα uſque ad bellum ſacrum illæſa permanſiſſe refert Diod. Sic.

6 Ὀρέσης.] Vide tragœdiam Euripidis eo nomine inſignitam, ubi more ſuo deos Ethnicos aſpergit. Ita enim Oreſtes & Menelaus colloquuntur. Oreſt. ἀλλ' ἔστιν ἡμῖν ἀναφορὰ τῆς ξυμφορᾶς —— Men. Μὴ θάνατον εἴπῃς· τοῦτο μὴ

ων, καὶ ὁ θεὸς ἔχρησε δίκαια αὐτὼς ποιῆσαι. ἐπὶ δὲ τὰς τέχνας τρέψομαι, καὶ ταῦτα ποιητῶν. ἐν γὰρ [7] τραγῳδοποιΐᾳ καὶ ζωγραφίᾳ ὅςτις πλεῖςα ἐξαπατῇ ὅμοια τοῖς ἀλαθινοῖς ποιέων, οὗτος ἄριςος. θέλω δὲ καὶ ποιήματα τῶν παλαιοτέρων μαρτύριον ἐπαγαγέσθαι. Κλεοβουλίνης,

Ἄνδρ' εἶδον κλέπτοντα, καὶ ἐξαπατῶντα βίᾳ· ὡς
Καὶ τὸ βίᾳ ῥέξαι τοῦτο δικαιότατον·

ἦν πάλαι ταῦτα. [9] Αἰσχύλου δὲ ταῦτα,

Ἀπάτης δικαίας οὐκ ἀποςατεῖ θεός.
Ψευδῶν δὲ καιρὸν ἔσθ' ὅποι τιμῇ θεός.

Λέγεται δὲ καὶ τῷδε ἀντίος λόγος· ὡς ἄλλο τὸ δίκαιον καὶ τὸ ἄδικόν ἐςι, διαφέρον, ὥσπερ καὶ τὤνυμα, οὕτω καὶ τὸ πρᾶγμα· ἐπεὶ αἴ τις ἐρωτήσαι τὼς λέγοντας, ὡς τὸ αὐτό ἐςιν ἄδικον

fecisse in oraculo pronunciavit Deus. Ad artes me converto & poëtarum imprimis: Etenim in conficiendis tragœdiis & pingendi disciplinâ qui plurimum fallit, veris maximè similia confingens, is optimus. Veterum autem poëmata in testimonium afferam. Cleobulines,

Cognovi quendam fallentem & vi spoliantem:
Quâ vi non olim res magis æqua fuit.

hæc olim erant: Æschyli verò ista:

Bonos nec ipse Jupiter spernit dolos.
Est tempus quando mendacem laudat Deus.

Dicitur autem alius sermo huic contrarius, aliud esse justum aliud injustum, tam re quàm nomine distinguendum: Cùm si quis interroget idem utrumque asserentes, an justum

καὶ

μὲν γὰρ ὁ σοφόν· Orest. Φοῖβος κελεύσας ματρὸς ἐκπράξαι φόνον. Men. ἀμαθέςερος ὢν τοῦ καλοῦ καὶ τῆς δίκης; Orest. Δουλεύομεν θεοῖς ὅ, τι ποτ' εἰσὶ θεοί.

7 τραγῳδοποιΐα.] Nam tragœdiam & comœdiam μιμήσεις dixit tam Aristoteles in Poët. quàm Plato l. 3. de Rep. λὰ μιμήσεως ὅλη ἐςὶ τραγῳδία καὶ κωμῳδία. Hinc ea optima habetur quæ idem πάθος in auditoribus excitare potest ac res ipsa coràm gesta.

8 Κλεοβουλίνης.] Lindia Poëtria, filia Cleobuli de septem sapientibus unius Ænigmata versibus Hexametris scripsit. Prior versus incultus maximè, sed nolebam in textu mutare, quia in eum verba ipsa incidunt: forsan ὡς, omisso puncto cum βίᾳ construendum, ut significet ὡς βίᾳ. forsan βίᾳ è loco suo aberravit, ac ita legendus versus, ἄνδρ' εἶδον κλέπτοντα βίᾳ καὶ ἐξαπατῶντα, ὡς τὸ βίᾳ, &c. & sic καὶ, παρέλκει.

9 Αἰσχύλου.] Hi Æschyli versus è diversis tragœdiis desumuntur: priorem Stobæus in nono sermone conservavit.

10 καὶ

quid parentibus præstiterunt, injustos se quoque confitentur. Nam idem justum & injustum agnoscunt; age verò, si quem alium justum cognoverint, etiam & illum injustum: si minùs injustum etiam & illum ipsum magis: & sanè multa injustè perpetrans ob ista moriatur. Et de his quidem satis. Transeo autem ad ea ex quibus illi idem justum & injustum flagitant. Hoc ipsum, bona inimicorum subripere, & justum & injustum ostendere licet, si vera sit illorum sententia: cæteraque pari ratione. Artes verò inducunt in quibus justum & injustum non conspicitur. Et poëtæ non pro rerum veritate, sed hominum delectatione carmina componunt.

